Griuij

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 C
15

13 — 24 D. 5.

Digitized by Google

C.62.c.

Digitized by Google

Digitized by Google

MANVALE PASTORVM.

SACRORVM CANONVM
auctoritatibus, Patrum ſententijs, & ſanctorum
Epiſcoporum exemplis refertum.

Opus ſanè tùm Epiſcopis, tum etiam omnibus Eccleſiæ Paſtoribus, alijſq; Eccleſiaſticis apprimè vtile.

AVCTORE MARCOANTONIO GENVENSE
Neapolitano V.I.D. Montis Marani Epiſcopo.

Cornelio Francescucci



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ROMÆ, Ex Typographia Guillelmi Facciotti. M. D C. VI.
Sumptibus Petri Grialdi Bibliopolæ.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM.

DE grauitate oneris Epiſcopalis. Cap. I. pag. 1
De ſanctitate Epiſcopi. Cap. 2. 7
De ſuſpicione mali ab Epiſcopo vitanda, atque occaſione peccandi alijs non præbenda. Cap. 3. 11
De Prudentia Epiſcopi. Cap. 4. 14
De eadem materia prudentiæ. Cap. 5. 18
De fortitudine Epiſcopi circa rectam executionem ſui muneris. Cap. 6. 20
De fortitudine Epiſcopi in perferendis aduerſitatibus. Cap. 7. 28
De confidentia Epiſcopi in Deo habenda. Cap. 8. 33
De fortitudine Epiſcopi circa contemptum temporalium. Cap. 9. 37
De grauitate ab Epiſcopo retinenda. Cap. 10. 40
De oratione Epiſcopi. Cap. 11. 46
De obligatione Epiſcopi celebrandi Miſſam. Cap. 12. 50
De abſtinentia Epiſcopi, veſtitu, & corporis caſtigatione. Cap. 13. 53
De humilitate Epiſcopi, & inani gloria fugienda. Cap. 14. 58
De ira ab Epiſcopo fugienda. Cap. 15. 61
De Iuſtitia Epiſcopi. Cap. 16. 62
De clementia Epiſcopi. Cap. 17. 67
De eleemoſyna Epiſcopi. Cap. 18. 69
De Epiſcopi amore erga eius ſponſam. Cap. 19. 72
Epiſcopus debet amare ſubditos, licet illi ipſum perſequantur. Cap. 20. 73
De otio ab Epiſcopo vitando, & alijs ſuperuacaneis occupationibus. Cap. 21. 75

De

INDEX CAPITVM.

De familia Epiſcopi. Cap. 22. 77
De exercitio quotidiano Epiſcopi. Cap. 23. 84
Alia inſtitutio quotidiana vitæ Epiſcopi. Cap. 24. 88
De præcipuo munere Epiſcopi. Cap. 25. 91
De negligentia Epiſcopi, eiusq. peccato. Cap. 26. 92
De præcipua ſollicitudine Epiſcopi ſaluandi animã ſuam. Cap. 27. 94
De obligatione Epiſcopi ponendi vitam pro ouibus ſuis, & ad quid extendatur. Cap. 28. 99
An Epiſcopus teneatur ponere vitam pro ouibus ſuis extra caſum extremæ neceſſitatis. Cap. 29. 101
De obſeruandis ab Epiſcopo in principio ſui regiminis. Cap. 30. 103
De reſidentia Epiſcopi. Cap. 31. 106
De onere Epiſcopi prædicandi. Cap. 32. 111
De obligatione Epiſcopi conueniendi in choro. Cap. 33. 116
De peccatis Epiſcopi in viſitatione. Cap. 34. 118
De ſcandalo, & alijs peccatis ab Epiſcopo vitandis in Viſitatione. Cap. 35. 123
De ſollicitudine Epiſcopi circa reparationem Eccleſiarũ. Cap. 36. 128
De vigilantia Epiſcopi circa collationem Beneficiorum. Cap. 37. 131
An liceat aliquando conferre beneficia digno, omiſſo digniori. Cap. 38. 134
De alijs peccatis Epiſcopi circa collationem Beneficiorũ. Cap. 39. 137
De ſollicitudine Epiſcopi circa beneficia vacantia. Cap. 40. 138
De onere Epiſcopi eligendo bonos miniſtros. Cap. 41. 139
De Epiſcopo, an poſſit aliquid exigere pro collatione officiorum. Cap. 42. 141
De obligatione Epiſcopi faciendi eleemoſynam. Cap. 43. 144
De obligatione Epiſcopi faciendi eleemoſynam. Cap. 44. 150
De eadem materia. Cap. 45. 152
De eleemoſyna danda ab Epiſcopo conſanguineis. Cap. 46. 154
An Epiſcopus teneatur facere eleemoſynam Diœceſanis tantum. Cap. 47. 157
An Epiſcopus teneatur facere eleemoſynam publicè. Cap. 48. 159
De obligatione Epiſcopi inquirendi pauperes diœceſis. Cap. 49. 160
De Epiſcopo, cui redditus non ſufficiunt, an teneatur de patrimonio dare eleemoſynam. Cap. 50. 161
De Epiſcopo paupere, an teneatur petere eleemoſynam a diuitibus, & erogare pauperibus. Cap. 51. 163
De protectione pauperum, ne fraudentur eleemoſynis, maxime tempore penuriæ. Cap. 52. 166
De Epiſcopo, an poſſit exercere negotiationem pro ſubuentione pauperum.

perum. Cap. 53. 168
De ſollicitudine Epiſcopi, circa Sacramentum Confirmationis. Cap. 54. 169
De vigilantia Epiſcopi circa ordines conferendos. Cap. 55. 172
Quòd Epiſcopus debet aſſiduè certiorari, de nonnullis concernentibus regimen animarum. Cap. 56. 176
De obligatione Epiſcopi viſitandi Infirmos. Cap. 57. 180
De hoſpitalitate Epiſcopi. Cap. 58. 183
De protectione expoſitorum, languidorum, libertatis, & ſeniorum Chriſtianorum ab Epiſcopo habenda. Cap. 59. 185
Epiſcopus excellenter debet eſſe intentus omnibus operibus miſericordiæ, ſpiritualibus, & corporalibus. Cap. 60. 187
De cura animarum ad Epiſcopum pertinente, & eius vigilantia ſuper Parochos. Cap. 61. 190
De vigilantia Epiſcopi, circa confeſſiones fidelium. Cap. 62. 195
De Epiſcopo exercente ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis in peccato mortali. Cap. 63. 198
De maturitate Epiſcopi, in ferenda excõmunicatione. Cap. 64. 200
De ſollicitudine Epiſcopi, circa excommunicationem, vt poſtquàm fuerit lata, non contemnatur. Cap. 65. 204
De pace conſeruanda inter Epiſcopum, & Dominum temporalem. Cap. 66. 208
De officio Epiſcopi apud Principem, nè pauperes opprimantur. Cap. 67. 213
De quibus ſpecialiter Epiſcopus deberet monere Dominum temporalem pro pauperum protectione. Cap. 68. 216
De aliquibus obſeruandis ab Epiſcopo, ne odio habeatur à ſuis ſubditis. Cap. 69. 219
De ſollicitudine Epiſcopi, vt priuilegia Clericorum non lædantur. Cap. 70. 222
De ſollicitudine Epiſcopi, circa diſtributionem bonorum fidelium quando ad ipſum pertinet. Cap. 71. 224
De vigilantia Epiſcopi, vt miſſæ à defunctis relictæ celebrentur. Cap. 72. 228
De ſollicitudine Epiſcopi, vt qualibet voluntas teſtatoris pia ſeruetur. Cap. 73. 234
De ſollicitudine Epiſcopi circa defenſionem iurium Eccleſiæ. Cap. 74. 238
De ſollicitudine Epiſcopi in acquirendo Eccleſiæ ſua, & de mala eius adminiſtratione. Cap. 75. 240
De ſollicitudine Epiſcopi, nè bona Eccleſiarum alienentur,

&

& de eorum conſeruatione. Cap. 76. 242
De tyrannide ab Epiſcopo fugienda in grauando Clericos talleis & exactionibus. Cap. 77. 247
De auaritia vitanda ab Epiſcopo in exigendo, quod ſibi non debetur ratione officij Paſtoralis. Cap. 78. 250
De protectione Epiſcopi carceratorum in Curia ſæculari. Cap. 79. 254
De protectione carceratorum in Curia Eccleſiaſtica, & celeri expeditione cauſarum. Cap. 80. 259
De vigilantia Epiſcopi in condendis ſtatutis. Cap. 81. 262
De vigilantia Epiſcopi circa Sanctimoniales. Cap. 82. 265
De vigilantia Epiſcopi ne publicentur falſa miracula. Cap. 83. 266
De ſollicitudine Epiſcopi, circa matrimonia contracta. Cap. 84. 268
De vigilantia Epiſcopi circa matrimonia cōtrahenda. Cap. 85. 270
De vigilantia Epiſcopi in extirpandis hæreticis, & maleficis. Cap. 86. 272
De vigilantia Epiſcopi circa venerationem Eccleſiarum. Cap. 87. 276
De vigilantia Epiſcopi circa diuinum officium à Clericis perſoluendum. Cap. 88. 281
De ſollicitudine Epiſcopi circa obſeruationem feſtorū. Cap. 89. 286
De vigilantia Epiſcopi circa vitam, & honeſtatem Clericorum, & morum reformationem. Cap. 90. 290
De protectione totius Vniuerſitatis habenda ab Epiſcopo. Cap. 91. 292
De ſollicitudine Epiſcopi circa obſeruationem Canonum. Cap. 92. 294
De correctione ab Epiſcopo benigne ferenda. Cap. 93. 295
De ſollicitudine Epiſcopi, vt fideles orent pro defunctis, & alia opera pia pro illis faciant. Cap. 94. 297

MANVALE PASTORVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis dignitas magna.*
2 *Status perfectionis Epiſcopi in quo conſiſtat.*
3 *Epiſcopus deſiſtens ab intentione tendendi ad perfectionē peccat.*
4 *Dicta Sanctorum referuntur de periculo dignitatis Epiſcopalis.*
5 *Epiſcopatum magis quā mortem eſſe vitandum dixerunt ſancti.*
6 *Sententia illa: ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum, fuiſſem de numero damnatorum, quomodo intelligenda.*
7 *Exempla plura Sanctorum qui Epiſcopale onus detractauerũt.*
8 *Sancti diſſimulauerunt delicta, nè crearentur Epiſcopi.*

CAPITVLVM. I.

De grauitate oneris Epiſcopalis.

1 EA eſt Epiſcopalis officij præſtantia, vt illud culmen dignitatum omnes appellarint, antecellens ſtatum Religioſorũ arctiſſimè viuentium; hi ſanè cenſentur eſſe in ſtatu perfectionis, at Epiſcopi dicuntur perfecti, & perfectores aliorum; etenim doctrina præponitur ſilentio, ſollicitudo contemplationi, & labor quieti c. licet de regul. S. Thomas 2.2. q. 184. art. 7. tanto ſuperans Regum gloriam excellentia, & dignitate, quanto au-

rum plumbo; ſol lunæ; ſpiritualia temporalibus, præſtant c. duo ſunt 96. diſt. quo fit, vt Epiſcopi nuncupentur Sanctiſſimi, legati Chriſti, ſpirituales patres, columnæ Eccleſiæ, Clem. 1. de pœnit. ſummi Sacerdotes c. 1. de ſacra vnct. Angeli quandoque, vt in Apocalyp. Dic Angelo Epheſi vel Smirnæ ideſt Epiſcopo; & permultis alijs præclaris nomenclaturis, pontificalem maieſtatem exprimentibus. Quòd ſi externa oblectamenta ſpectemus, nihil eſſe in hoc mundo delectabilius, iucundius, & glorioius Epiſcopatus officio, perſpicuè demonſtrant honores Epiſcopo exhibiti; multitudo familiarium; nobilium comitatus, omnes illi aſſurgunt, obſequuntur, eius nutus obſeruant, ingens auctoritas in alios, & alia id genus permulta, quæ homines huius ſæculi diuitijs, caducis, fluxis, & tranſitorijs ditare ſolent: verum ſi onera Epiſcopatus cum his conferantur, & æqua lance expendantur, planè præponderabunt, vt non niſi magnum timorem neceſſe eſſe Epiſcopum inuadere, ingenuè fatendum ſit.

Primò, quia onus Epiſcopale dicitur Angelicis humeris formidandum: vni enim Angelo traditur vna anima cuſtodienda, ſed Epiſcopo plures, & nihil difficilius quàm animas gubernare. Ioannes Dam. in Paralell. lib. 2. ex nilo, vocaturque cura animarum ars artium, c. fin. de ætat. & qualit. & ſanguis ouium de manu Epiſcopi requiretur c. irrefragabili, de off. ord.

2 Secundò, nam Epiſcopi in ſua conſecratione ſe obligant ad ſtatum perfectionis, qui conſiſtit, vt animas ſibi creditas illuminent, inſtruant, & ad perfectionem adducant, ac pro ipſis, ſi opus fuerit, omnia ſua contemnant profundendo propriam vitam. S. Thomas 2 2. q. 184. art. 5.

3 Tertiò, quoniam ſi Epiſcopus deſiſtit ab hac intentione tendendi ad perfectionem, peccat. S. Thomas loco citato, & ibidem Caetanus.

Quartò, quòd Epiſcopus tenetur docere oues omnia virtutum genera, verbo & opere iux. illud Ioannis 10. Paſtor ante eas vadit: & diuus Petrus in Epiſt. 1. c. 1. forma facti gregis. hinc Epiſcopus vocatur exemplar probitatis, Doctor, Rector, Paſtor, Dux, Gladiator, Capitaneus gentium violenter in cœlum

lum tendentium: nauta, cuius eſt conducere nauim fidelium per mare periculoſum huius mundi ad portum felicitatis æternæ. Signum ad ſagittam, in quem omnes tamquam in ſpeculum oculos conijciunt, Præfectus vigilum, Miles, nutrix, Agricultor, Corrector, Iudex, Patronus, Medicus, vt poſt alios tradit Antonius in c. quamuis de regul. iur. dicitur fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram: bene enim deberet præmeditari, qui tantam familiam ſuſcipit, vtrum habeat vnde ei prouidere poſſit.

Quintò, Gregorius in paſtor. 2. par. per totum, deſcribens qualitates Epiſcopi poſt Apoſtolum inquit: Sit ergo paſtor actione præcipuus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, vtilis in verbo, ſingulis compaſſione proximus, bene agentibus per humilitatem ſocius; contra delinquentium vitia per zelũ Iuſtitiæ erectus; internorum curam in exteriorum occupatione non minuens; exteriorum prouidentiam in internorum ſollicitudine non relinquens: quæ omnia difficile eſt in paucis reperire.

Sextò, tenent verba Bernardi in Epiſtola ad Eugenium quæ omnibus Epiſcopis ſcribi poſſunt: Conſidero gradum, & caſum vereor, conſidero faſtigium dignitatis, & intueor faciem abyſſi iacentis deorſum, attendo celſitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quod ſcriptum eſt: homo cum in honore eſſet non intellexit, ác ſi diceret, honor abſorbuit intellectum.

Septimò, ſi trutinetur moles laborum Epiſcopi, dices Epiſcopum non in dignitate, ſed in pœnalitate conſtitutum.

Chryſoſtomus de Sacerdo. lib. 3. ita de Epiſcopo loquitur: Fluctus enim Epiſcopi animum concutientes ventis mare conturbantibus crebriores infeſtioreſque eſſe ſolent. & lib. 6. inquit: Si difficultates eas omnes recenſere vellem, quas Epiſcopum tolerare oportet, nihil aliud erit, quàm maris altitudinem emetiri.

Gregorius lib. 4. Reg. c. vlt. ait: Habet ſpiritualis prælatio exteriorem gloriam dignitatis, habet & interioris magnitu-

dinem oneris, honor ipſe dignitatis per ſe magnum eſt onus mentis.

Auguſtinus in dicto c. ante omnia, dicit nihil Epiſcopatus officio eſſe in hoc mundo laborioſius, ſi eo modo militetur, quo noſter imperator præcipit. idem Greg. Nazianz. in oratione ad Epiſcopos, & alij.

Experimentum rem apertam facit; ſollicitudines Epiſcopi innumeræ, mores hominum deprauati, quos ſi componere tentauerit Epiſcopus, exoſus, & aſper videbitur: hinc odia, detractiones, & maledicta in Epiſcopum, vt Chryſoſtomo, & alijs ſanctis contigit, & quod ingemiſcendum eſt, confeſtim homines à ſalute ſua prorſus auerſi, qui per omnia vitiorum genera graſſantur, confingunt nefarias falſitates contra Epiſcopũ, eumque apud ſuperiores infeſtant: ſuperbia tàm in ſublime ſe extulit, vt homines ſi in tantillo eorum voluntati non obtemperent, indignentur, obſeruatione digna ſunt verba Chryſoſtomi d. lib. 3. Quæ enim, inquit, ſimpliciter ab Epiſcopis fiunt, accuratè ab alijs excutiuntur conſiderantes vocis menſurã, aſpectum, ac riſum, dicentes; Illi Epiſcopus magnifice arriſit, voce hilari ſalutauit, me verò longe parcius. hæc ille. Improbi, & ignari, ex eorum ſententia Epiſcopi officium metiuntur, ſugillantque Epiſcopum de collatione beneficiorum, & alijs negotijs arduis, vt neceſſario firmandum ſit, Epiſcopum diu, noctuque in magno labore verſari. Beatus Carolus Boromeus, cum Epiſcopus ad eum ſcribens ſignificaret, ſibi parum eſſe negotij, eam vocem, vt Epiſcopo prorſus indignam, & turpem grauibus ad eum literis miſſis, acriter, latèque reprehendit.

4 Octauò, dicta Sanctorum deterrent.

Vas electionis, qui omnia mãdata Dei ſeruabat, dicebat ſe in timore, & tremore hoc munus exercuiſſe, primo Corint. 1 2.

Gregorius Nazianzenus Epiſcopale faſtigium adeo periculoſum, & inuidioſum dicit, vt arbitretur, neminem ſapientẽ læto animo creari Epiſcopum, ac præſtare parcè & duriter vitam tranquillam agere, quàm eſſe Epiſcopum, in apologet. 1. & in oratione ad centum quinquaginta Epiſcopos, in quibus locis quàm plurima diſſerit, de grauitate Epiſcopalis oneris.

Auguſti-

Auguſtinus dicit, nihil eſſe miſerius, triſtius, & damnabilius apud Deum Epiſcopatus officio, ſi perfunctoriè agatur,& ſi vt decet, nihil periculoſius d. c. ante omnia: ac ſolitus erat dicere: Quid dicturus ſum cũ redditurus ero rationem de animabus quæ pendent ad collum meum. vt refert S. Vincentius in ſermone 7. Dominicæ 2. poſt octauam Paſchatis.

Idem Beatus Vincentius loco citato miratur, quomodo Epiſcopi poſſunt cũ gaudio viuere, cogitando tantum onus, quòd ſupra ſe portant.

1 Sanctus Illamon dicebat Epiſcopatum magis, quàm mortẽ eſſe vitandum, Cardinalis Baronius tom. 9. fol. 178.

Ioãnes Damaſcenus in paralell. lib. 2. c. 26 Exiſtimo, inquit, complures Epiſcopos ignis fornacem intraturos eſſe, ac cuiuſlibet Epiſcopi opus, quale ſit, ignem ſempiternũ exploraturũ.

2 Legitur in regula S. Hieronymi de duobus Religioſis, qui renuntiauerunt Epiſcopatui & poſt mortem apparuerunt alijs dicentes: Quòd ſi fuiſſent de numero Epiſcoporum, fuiſſent de numero damnatorum. hæc autem verba, non ſunt ſimpliciter intelligenda, quia ſaperent hæreſim, aſſerendo omnes Epiſcopos eſſe damnatos, ſed iuxta Dionyſium de regim. Epiſcoporum art. 42. quòd multi, & quòd propter verba iſta Epiſcopos huius temporis deſperare non debere, ſed valde timere. alio modo declarat Gregorius de Valent. tom. 3. diſput. 10. q. 3. par. 3. non eſſe ſenſum, quòd ſtatus Epiſcoporum ſit damnatus: eſt enim ſtatus perfectionis vitæ, ſed ſenſus eſt, quòd propter circumſtantias alicui Epiſcopatus eſſet exitio, qui eo munere non vt debet perfungeretur, & ita potuiſſet contingere illis Religioſis.

7 Poſtremo alijs prætermiſſis memoranda ſunt exempla Sanctorum, quorum multi, nedum hoc onus detrectauerunt, verum etiam diſſimulauerunt ſe crimina commiſiſſe, ne compellerentur ad Epiſcopatum.

Sanctus Ephrem finxit ſe inſanum.

Ammonius aurem ſibi amputat.

Sineſius hoc miniſterio multas prælegit mortes.

8 Ambroſius ſimulauit varia, & meretrices ad eius domum

Digitized by Google

introduxit, non animo peccandi, ſed vt ſanctitatis fama abſoleſceret, ac iuſtitiam cum nimio rigore miniſtrauit, vt terribilis exiſtimaretur, fugam quoque meditatur.

Baſilius magnus ſeſe occultat.

Bernardus reſtitit omnino.

Clemens Petro obſtitit, quouſque Petrus dixit ſibi à Chriſto reuelatum.

Chryſoſtomus quantum poteſt onus refugit.

Cyprianus,& Antoninus diu recuſauerunt, Auguſtinus, Bonauentura, Nicolaus, inuiti ſuſceperunt,& permulti alij. Atque ex his perſpicuè colligi poteſt, quàm periculoſum ſit onus Epiſcopale; clarius tamen ex infra dicendis apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Sanctitas Epiſcopi multipliciter commendatur.*
2 *Epiſcopi Sancti ſunt cauſa, vt cæteri proficiant.*
3 *Epiſcopi grauius puniuntur de peccatis commiſſis poſt adeptam dignitatem.*
4 *Diabolus dominatur malis prælatis, quaſi pecori ſuo.*
5 *Cyrillus quid notabiliter dicat de ſanctitate Epiſcopi.*
6 *Epiſcoporum peccata, nec parua diſſimulari poſſunt.*
7 *Exempla ſingularia ſanctorum Epiſcoporum qui peccatum deteſtati ſunt.*
8 *Clemens Papa Octauus, quàm ex animo peccatum auerſabatur.*
9 *Sancti ſolo aſpectu peccatores conuerterunt.*
10 *Charitas in Epiſcopo relucere debet.*
11 *Peccata venialia ab Epiſcopo ſedulo vitanda.*
12 *Dictum memorabile Sancti Ambroſij in eius obitu.*

CAPI-

CAPITVLVM II.

De Sanctitate Epiſcopi.

1 ANtequam peculiaria Epiſcopi munera aggrediamur, operæpretium eſſe duxi, eius præcipuas virtutes intexere, ſine quibus mutilus, & mancus erit Epiſcopus; his vero præcinctus fortia quæque deuincet, eiuſque ſalutem in tuto verſari comperiet: eas recenſet Apoſtolus in Epiſtola 1. ad Titum his verbis: Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, prudentem, ſobrium, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Hæc Paulus ad Titum ſcribit, qui eadem ferè ſcripſit ad Timotheum; vnde proſpicis quomodo Paulus Epiſcopum delineauerit. Præfatas virtutes luculenter ediſſerunt S. Hieronymus, & Ioannes Chryſoſtomus, Diuus Gregorius in ſuo Paſtorali, Gratianus in pluribus diſtinctionibus decreti; Dionyſius Carthuſ. de regim. Epiſcoporum, Stimulus paſtorum, & alij. Nos vero breuitati ſtudentes circa eas quibus Epiſcopus magis prælucere debet, immorabimur: & imprimis ſeſe offert Sanctitas vitæ Epiſcopi, ad quam amplectẽdam plura Epiſcopum inducere debent.

Primò, quia ait Eccleſiaſticus c. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui vnquam bonus erit? qui enim alios debet efficere ſanctos, ante omnia opus eſt, vt ſit ſanctus. c. qui perfectionem 1. q. 1. quinimo ſanctior alijs eligi debet, S. Thomas 2. 2. q. 185. art. 3.

Secundò, quia Epiſcopi obligant ſe ad intercedendum pro populo, & placandum Deum, ſed quomodo placabit, qui non placet? magis prouocabit. c. in grauibus 3. q. 8.

2 Tertiò, quia Epiſcopus tenetur docere oues verbo, & opere vt diximus in c. præced. & nihil eſt quod alios magis ædificet,

quàm exemplum Prælatorum c.1. ſeſſ. Conc. Trid. Sunt enim Epiſcopi ſancti cauſa, vt principes, & cæteri proficiant, ſicut Rex Guildebertus ſub S. Germano tradit. Card. Baronius Tom. 7. fol. 468. & viuente Samuele bene habuit populus Hebræus libr. 1. Reg. c. 7. & Ioias fecit bonum coram Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis 1. Parali. c. 22. & propter pietatem Oniæ Pontificis Reges bene viuebant. Machabæi 2. E contra vero, inquit, Auguſt. ſerm. 42. Sicut eſt impoſſibile dæmonem in malo obſtinatum paradiſum intrare, ſic impoſſibile eſt luxurioſis Paſtoribus, auaris, ſuperbis, ſubditos caſtos, humiles, ſobrios, & bonos fieri, quia neceſſe eſt vt talis ſit grex, qualis Rex. Et Oſeæ c. 1. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos, id eſt talis, qualis Epiſcopus. Et dicit tex. in c. Nemo. in diſt. 83. Neminem magis nocere in Eccleſia Dei, quàm malum Prælatum, quia eſt error magiſtri & doctoris, cuius vitium, & errores facilius ſequuntur diſcipuli, quàm virtutes, quia infirmitas capitis magis nocet corpori, quàm alterius membri, quia eſt error paſtoris qui periculoſiſſimus eſt toti gregi, quia eſt error medici, qui cum deberet exhibere medicamentum ſalutis, præbet mortis exempla: & propter peccata Saul & Dauid populus afflictus eſt 2. Reg. c. 21. & 3. Reg. c. 24. & ex Threnis. c. 4. propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius. Et Ierem. c. 10. Quia ſtultè egerunt paſtores, omnis grex eorum diſperſus eſt.

Quartò, ex mala vita Prælatorum ſæpe hæreſes ortas eſſe, vt Huſſitarum, & Luteranorum tradit Alfonſus de Caſtro de iuſta hæreticorum punit. lib. 3. c. 5.

3 Quintò, pœnæ contra malos Prælatos eos coercere debent, quia Epiſcopi grauius puniuntur poſt adeptam dignitatem c. præcipuè 11. q. 3. probat Chryſoſt. de Sacerd. lib. 4. & 6.

4 Quia Dæmones dominantur malis Prælatis, quaſi pecori ſuo, Gloſ. in c. Non omnis 2. q. 7. Et quia Prælati tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt, d. c. præcipue. ſi enim Apoſtolorum loco ſunt, eorum facta imitari debent c. non eſt, diſt. 40.

5 Sextò, notanda ſunt verba S. Cyrilli in Epiſtola ad Auguſtinum

ſiinum de miraculis, Diui Hieronymi, in qua plura de Epiſcopis dicit, inter alia; Quòd Epiſcopus aut ſanctiſſimus eſt, aut diabolus, & quòd leuiſſimum peccatum in alijs, grauiſſimum Epiſcopo imputatur apud homines.

6 Septimò, infamia huius mundi, etiam Epiſcopum dimouere debet à peccatis, inquit enim Chryſoſtomus de Sacerd. lib. 3. Epiſcoporum vitia diſſimulari non poſſe, ſed vel parua, atque exigua confeſtim manifeſta fieri. S.Tho. 1.2.q.73.art.10.

7 Octauò, exempla ſanctorum mouere debent, qui peccatum omni conatu deteſtati ſunt.

Sancti Edmundi Archiepiſcopi Cantuarien. vox erat: Mallem inſilire in rogum ardentiſſimum, quàm peccatum vllum ſciens admittere in Deum meum: apud Surium.

Sanctus Anſelmus Archiepiſcopus quoque Cantuar. ſolebat dicere: Si hinc peccati horrorem, inde inferni dolorem corporaliter cernerem, & neceſſario vni eorum immergi deberem, prius infernum, quàm peccatum appeterem.

Eudoxia Imperatrix per ſuos Nuntios, & Legatos minas, & terrores Sancto Ioanni Chryſoſtomo incutere tentauit, quòd eius cupiditatibus iniquis ſe oppoſuerat; reſponſum eſt à ſuis Legatis, quos miſerat: fruſtra illum hominem terres, nihil ille, niſi peccatum timet.

Cum Ruffinus magiſter militiæ conſolaretur Theodoſium Imperatorem, triſtem de excommunicatione contra ipſum ab Ambroſio latam, dicens ſe curaturum, vt eam Ambroſius relaxaret, reſpondit Theodoſius: Noui ego conſtantiam Ambroſij, quòd nullo Regiæ maieſtatis terrore diuinam legem tranſgredietur.

8 Quid dicam de Sanctiſſimæ, ac perennis memoriæ Papa Clemēte VIII. Simulatque in Epiſcoporum numerum me cooptauit, licentiam ab eo petij ab Vrbe ad Eccleſiam contendendi, poſt benedictionem mihi impenſam: pientiſſimus Pontifex acerrimus peccati hoſtis in talia linguam laxauit: Ora Deum pro me, vt ſi aliquid perpetraturus ero contra eius voluntatem, me hac vita priuet. Id ipſum repetens, hæc verba in corde meo velut in ære inſcripta, atque incisa ſunt, vt inter alia

remedia

remedia aduerſus peccatum, non modicum leuamen mihi afferant.

9 Tanta eſt Sanctitatis vis, vt ſolo Sanctorum aſpectu peccatores conuerſos legamus. Sanctus Malachias Epiſcopus, cuius vitam ſcribit Bernardus, ſola præſentia & deuoto aſpectu, ac ſermonis grauitate compeſcuit multitudinem armatorum coram ſe, & in caput eius conſpirantium. Quidam Princeps impudicus, & ferus dicere ſolebat: Nullus mortalium mihi timorem incutit, niſi Romualdi Abbatis aſpectus, ante eius vultum, nec quid dicam ſcio, nec quibus me defendere valeã inuenio. In vita S. Romualdi apud Surium. Saul intellexit quod Dominus eſſet cum Dauid, & cæpit magis timere eum lib. 1. Reg. cap. 18. Sic Herodes metuebat Ioannem ſciens eſſet virum iuſtum, & ſanctum, & audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. Marc. c. 6.

10 Sanctitas Epiſcopi præſertim conſiſtit in charitate, quòd manifeſtè patet in Euangelio Ioannis 21. Volens enim Dominus conſtituere Petrum Vicarium, prius interrogauit eum ter, Diligis me? & deinde ei dixit: Paſce oues meas. & Chryſoſtomus de Sacerd. lib. 3. inquit: Certe Chriſtus prodigijs, & miraculis poſthabitis, quæ ab Apoſtolis edenda eſſent, oſtendit, his verbis: In hoc cognoſcent homines, quòd diſcipuli mei eritis, ſi charitatem inter vos mutuam habueritis. Ioannis 13. & Epiſcopus qui Deum amat, omnia difficilia, & aſpera ſuperabit c. Charitas. de pænit. diſt. 2. & eius orationes facilius à Deo exaudiuntur c. ipſi Sacerdotes 1. q. 1.

11 Debet etiam Epiſcopus pro virium ſuarum modulo, peccata leuia vitare. iuxta illud: Qui modica ſpernit, paulatim decidet. Vt iraſci, iactare ſeſe, velle honorari, indignari ob negatum honorem, otioſas nugas loqui, ſpectare inutilia, gulæ indulgere, & alia huius generis penè infinita. Gregorius in Paſtorali 3. parte admon. 34. ait. Pluuiarum guttæ exiguæ ſunt, ſed quia multæ, magnos fluminum gurgites efficiunt. Ambroſius in Epiſt. 25. Non mediocris eſt virtus Sacerdotalis, cui cauendũ non ſolũ, nè grauioribus flagitijs ſit affinis, ſed nè minimis quidẽ, quæ multo magis nocent, ſi ex habitu quodã fiant.

O feli-

12 O felices ſanctos Epiſcopos, qui taliter vixerunt. O Beatum Ambroſium, qui eo pacto vitam inſtituerat, vt in vltimo vitæ conſtitutus, cum à fidelibus, ob hoc mærentibus cum lacrymis rogaretur, vt ſibi à Domino, vitæ poſceret commeatum, illis ſapientiſſimè, ac piiſſimè reſpondit: Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere, nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. Quæ verba elimata, & librata admirabatur, & laudabat S. Auguſtinus. De Samuele dicit ſcriptura Sacra coram omni populo dixiſſe: Quis ex vobis arguet me de peccato? dicat, quia iam ſenui, libr. 1. Reg. cap. 12. ita deberet ſe gerere Epiſcopus, vt de nullo vitio ſugillari poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicio mali ab Epiſcopo accuratè vitanda.*
2 *Suſpicio patens in Epiſcopo peior eſt vitio latenti.*
3 *Exempla Sanctorum, qui ſoli mulieres non alloquebantur.*
4 *Epiſcopus viſitare debet mulieres agras ſtipatus aliis.*
5 *Epiſcopus eleemoſynas viduis per ſenes eroget.*
6 *Epiſcopus nec familiaritatē cū mulieribus deuotis habere debet.*
7 *Exemplum ſingulare modicæ, etiam ſuſpicionis mali vitandi Sancti Cypriani.*
8 *Trigeſima pro ſententia non poteſt recipi ab Epiſcopo.*
9 *Auguſtinus nec vxorem cuiquam popoſcere, nec militare volentem ad hoc commendauit, & quare.*

CAPITVLVM. III.

De ſuſpicione mali ab Epiſcopo vitanda, atque occaſione aliis peccandi non præbenda.

1 ETſi Apoſtolus 1. ad Theſſalon. 1. omnes non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinere iubeat; id multo cautius ab Epiſcopo ſeruandum erit, vt omnes ſuſpiciones mali à ſe amoueat; quod apertè ipſius Apoſtoli exemplo manifeſtū fit 7. Corinth. 8. veritus enim, ne furti apud diſcipulos ſuſpectus eſſet, alios in pecuniarum admini-

adminiſtrationem ſecum aſſumpſit: Ne quis, inquit, nos carpat in hac exuberantia, quæ à nobis adminiſtratur. Vnde Chryſoſt. de Sacerd. lib. 6. inquit: A nullo enim peccato abſumus, quantum à furto aberat Paulus; inſania enim mera tale quid ſuſpicari de beato illo atque admirabili Pauli animo, nihilominus hanc ſuſpicionem ſic iniquam, & abſurdã à ſe procul pellit; proinde concludit Epiſcopum debere maius ſtudiũ adhibere, vt malas ſuſpiciones, & opiniones non ſolum dum erumpunt, diuellat, ſed procul vnde erumpere poſſunt proſpiciat, & cauſas ipſas, è quibus naſcantur longo ante tempore interimat, & non expectet, vt in vulgi ore verſentur, ac diuulgentur, tunc difficile fortaſſe erit extinguere.

2 Et Cardin. Contar. de officio Epiſcopi lib. 2. inquit peiorem eſſe in Epiſcopo ſuſpicionem patentem vitio latenti.

De Daniele dicitur quòd nulla culpa aut ſuſpicio inueniebatur in eo. Dan. 6.

3 Auguſtinus, nec cum propria ſorore habitare volebat, ad tollendam ſuſpicionem illarum, quæ ad eam accedebant, dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt c. legitur diſt. 71.

Idem Auguſtinus, nunquam ſolus cum mulieribus ſermonem habere voluit, ſed Clericis præſentibus pro teſtibus. Idem ſeruabat S. Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus, etiam quando alloquebatur conſanguineas, & alij Sancti.

4 Ex his infertur, quòd cum Epiſcopus teneatur viſitare mulieres ægras, & afflictas, & conſolari eas, vt tradit Chryſoſtomus loc. cit. non niſi ſenioribus comitatus accedat. Idem dicit Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum, quemadmodum facere debet quando viſitat Sanctimoniales.

5 Pariter, quando eleemoſynam viduis largitur, per ſenes bonæ famæ erogari faciat. proinde in c. Epiſcopus diſt. 88. habetur, Epiſcopum gubernationem viduarum, pupillorum, & peregrinorum non per ſeipſum, ſed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum agere debere: & Paulus conſulit Timotheo: Adoleſcentiores viduas deuita 1. ad Timot. c. 5.

6 Itidem Epiſcopus nec familiaritatem cum honeſtis, & deuotis

notis mulieribus habere debet, dicit enim Hieronymus; fœminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali præſentia c. Hoſpitiolum. diſt. 37.

7 Sanctus Cyprianus tanta modeſtia præditus fuit, & mali ſuſpicionem adeo horrebat, vt in carceribus detruſus, paulo poſt martyrium perpeſſurus, noluerit admittere ad eum inuiſendum, quaſdam deuotas mulieres, quæ peruenerant, vt aliqua ſalutaria monita perciperent, ne alijs ſcandali occaſionem præberet.

8 Poſtremo, omnes mali ſuſpiciones Epiſcopus ſedulò vitare debet, & ſpecialiter auaritiæ c. cum ab omni. de vit. & honeſt. cleri. in quo textu prohibetur Epiſcopo, exigere trigeſimas pro ſententijs, nõ obſtãte conſuetudine, vt ibi notat Abbas.

9 De occaſione mali alijs non præbenda, ſingulare exemplum ob oculos Epiſcoporum ponit Auguſtinus, qui vxorem cuiquam, nunquam procurabat, neque militare volentem, ad hoc commendabat, de ſingulis reddens cauſam, ſcilicet: Ne dum inter ſe coniugati caſu iurgarent, ei maledicerent, per quem coniuncti eſſent, & ne militiæ commendatus, ac male agens ſuam culpam ſuffragatori tribueret. Noui quendã Epiſcopum ſolitum declinare loca, in quibus mulieres morabantur, nec per ea tranſeuntem hoc ſolo, nec comitibus occaſionem præſtaret, ex earum aſpectu illas appetendi, quamuis alioqui poſſet per ea loca incedere ſine ſcrupulo.

SVMMARIVM.

1 *Prudentia in Epiſcopo commendatur.*

2 *Iuuenes Epiſcopi fieri non debent.*

3 *Prudentia docet Epiſcopum, vt ſit omnibus omnia.*

4 *Prudens ardua negotia ſine aliorum conſilio non expedit, nec celeriter ea determinat.*

5 *Prudens multa diſſimulat, plurima obliuiſcitur, & nonnulla ignorat.*

6 *Exempla ſanctorum qui pleraque diſſimulauerunt pro recta muneris executione.*

7 *Epiſcopi debent obliuiſci obtrectatorum, qui illis detraxerunt dum crearentur Epiſcopi.*

CAPI-

CAPITVLVM. IV.

De prudentia Epiſcopi.

1 NEminem fugit in regimine reipublicæ, prudentiæ primas eſſe deferendas, vtpotè illuminatiuę aliarum virtutum iuxta Philoſophum, & ſine qua virtus eſt vitium iuxta Bernardũ; hinc Paulus dicit, Epiſcopum oportere eſſe prudentem: Chryſoſtomus de Sacerd. lib. 2. Multa, inquit, opus eſt Paſtori prudentia, ſexcentis etiam, vt ſic dicam, oculis, vt rectè vndique circumſpicere poſſit: ſacri Canones eam requirunt in Epiſcopo non ſolum in litterarum ſcientia, ſed etiam in negotiorum diſpenſatione: 36. diſtin. in ſumma.

2 Prudentia haberi non poteſt ſine experientia: Qui non eſt tentatus, inquit Eccleſiaſtes, quid ſcit, vir in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum c. 36. Quamobrem admodum iuuenes, qui nullo munere perfuncti ſunt, Epiſcopi fieri non debent de honeſtate. In antiquis, inquit Iob, eſt ſapientia, & in multo tẽpore prudentia: Quandoque ſanctitas ſuppleuit defectum ætatis, vt in S. Remigio Epiſcopo Rhemenſi, & S. Ludouico Epiſcopo Tholoſano, qui fuerunt creati Epiſcopi valde iuuenes, ſed apprimè profecerunt. Charitas etiam ſupplet imperfectionem ſcientiæ c. niſi, de renuntiat. Prudentia plura complectitur, ſed pauca memoranda cenſui.

3 Primò prudentia docet, vt Epiſcopus fiat omnibus omnia, vt omnes lucrifaciat, iuxta Apoſtolum prima Corinth. 9. Non enim vno, & eodem modo ſubditi ſunt tractandi, quando nec à medicis, vna atque eadem medicina ægrotantibus adhibetur, ſed Epiſcopus ad omnes ſe attemperabit; erit terribilis, & comes, grauis, ſed minime inflatus, muneribus incorruptus, & pronus ad obſequia, ſubmiſſus, & inuictus, alacris, & placidus, erga probos humilis, erga audaces elatus, non alijs

aduletur,

adulетur, nec adulatoribus aures patefaciat, neuè glorioſus ſit, liber ſit, ſed non ad pertinaciam declinet, nec ad ſeruilem ſubmiſſionem ſe abijciat; alios minis, alios placidis verbis, & alios muneribus ad mandata Dei ſeruanda conducet; Sancti Epiſcopi aliquando iuuenes laſciuos, & alios peccatores in menſa exceperunt, exemplo Ieſu. Matth. c. 9. Munera illis largiti ſunt, vt eos crebrò penes ſe haberent, vt hac occaſione captata eis monita ſalutis dictitarent. Philippus adiunxit ſe Eunucho legenti Iſaiam, & hac occaſione illum conuertit dicēs: Putas nè intelligis quæ legis? Acta Apoſtolorum cap. 8. Diuus Gregorius in paſt. 3. par. ponit quamplures modos admonendi diuerſa genera perſonarum. Moyſes & Aaron prociderunt in terram corã omni populo, nè peccarent cùm vellent reuerti in Egyptum: Numer. c. 13. & Paulus: Argue, obſecra, increpa, in omni bonitate, & patientia & c. 2. ad Titum: Exhortare, & argue cum omni imperio.

4 Secundò, ex prúdentia permanat, vt Epiſcopus negotia ardua ſine aliorum conſilio nō decidat iuxta Eccleſ. 32. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis, & in c. fin. 36. diſt. habetur, quòd Epiſcopus, qui propter ſenectutem vel nobilitatem erubeſcit diſcere à iuuenibus vel ignobilibus, dicitur membrum Diaboli, & infidelis, facit tex. in c. peruenit. diſt. 84. Tobias conſulit filio ſuo, vt ſemper conſilium à ſapiente requirat, Tob. c. 2.

Tertiò, ex eadem prudentia, fluit, quòd Epiſcopus in negotijs arduis non ſit facilis ad determinandum, ſed ſumpto ad cogitandum ſpatio, diu multumque res expendere debet, omnia circumſpicere, & conſiderare, quæ conſequi, aut quæ ex illis, quæ tùm fiunt oriri poſſint, iuxta Sapientis dictum Prouerb. 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. & Prouerb. 93. Qui feſtinus eſt pedibus, offendit. Sed poſt diligentem conſultationem ſunt velociter exequutioni mandanda. S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 9. & ſic intelligitur Prouerb. Eſto velox in operibus tuis, ſcilicet poſt conſilium; nam oportet tarde conſiliari iux. Diuum Tho. vbi ſupra & titulo 1. Id etiam docet Paulus ad Timot. 1. c. 5. Nemini cito manum

imponas,

imponas, nec communices peccatis alienis: quòd de collatione ordinum, & diſpenſatione ſpiritualium, & determinatione quorumlibet negotiorum arduorum intelligendum eſt. Ita ſeruabat S. Martinus, qui adhunc finem doctiſſimos conſiliarios ſuo lateri adiunxit. Præclarum exemplum nobis reliquit B. Carolus Borromeus: Excommunicauerat ipſe Senatores Mediolanenſes ob violata iura Eccleſiæ, modico temporis ſpatio interiecto, miſſus eſt Marchio Seraldi ab Hiſpaniarum Rege ad eum, qui cum eo conquerebatur, quòd nimis ſeuere contra Senatores egiſſet, quodque ſaltim vti homo in regis Imperio natus non debebat illius animum ad iram accendere, & ſi res alia ratione non ageretur, Rex remedium adhibuiſſet: Beatus Carolus audito Marchione prudenter in re tam graui procedens, tùm nihil reſpondit; ſed altera die ſe reſponſurum promiſit; ſequenti die Marchioni ad eum pro reſolutione pergenti, paucis, ſed ſapientiſſimis verbis dixit ſe Regi multum debere, ſed maiorem eſſe obligationem, qua Deo aſtringebatur, ad iura Eccleſiæ tuenda, idque Regi Catholico Eccleſiæ defenſori placere debebat: & ſic illum dimiſit, pauciſſimis verbis prudenter, & conſiderate prolatis, nec acquieuit donec Senatores Eccleſiæ ſatisfeciſſent.

5. Quartò, ex eiuſdem prudentiæ ſcaturigine oritur, quòd Epiſcopus multa debet neſcire, plurima diſſimulare, & nonnulla obliuiſci, Bernardus de conſide. lib. 4. c. 3.

6. Illuſtre exemplum præbet S. Ambroſius, cùm Theodoſius Imperator multos innocentes gladio interimi mandaſſet in Theſſalonica, & tanta immanitate fœdatus Mediolanum remearet: Beatus Ambroſius cupiens ſaltim mederi animæ Imperatoris, audiens eius aduentum Ciuitatem egreſſus eſt, ne illum videret, aut alloqueretur, vt alicuius ſcandali occaſionem remoueret, ſed diſſimulare eo tempore melius eſſe arbitratus fuit; deinde opportuno tẽpore illum redarguit, qui pœnitentiam egit. Mira quidem huius ſancti prudentia, obliuionis tenebris non demandanda, vide S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 11.

7. Ex his ſequitur non debere Epiſcopum indignari ob honorem illi à Laicis non ea ratione qua tenentur aliquando exhibitum,

hibitum, vt ſi in eius tranſitu aliqui non detegant caput, quamuis Magiſtratus ſæculares id tolerare non debeant: nec ad ſingula moueri, ſed ad innumera conniuere debet, niſi facti qualitas, & ſcandalum aliud ſuadeant, neque percunctari debet de eius obtrectatoribus,& alijs rebus inutilibus;ſed multa neſcire, plurima etiam obliuiſci, nempè iniurias & illatas, ante,vel poſt Epiſcopatum,peccata eorum,qui iam ſunt emendati, & alia permulta obliuiſci, neſcire, & diſſimulare, ſi vult perfecte gubernare.

Sanctus Cyprianus Epiſcopus, & Martyr quamuis inuictus acceptaſſet Epiſcopatum non defecerunt obtrectatores, qui eum improbum, alijſque vitijs obſitum acclamarent, quibus poſt Epiſcopatum adeo affabilem, & benignum ſe præbuit, vt omnibus admirationi eſſet.

Beatus Carolus Boreomeus cùm conſpiratio in eius caput litteris obſignatis eidem ſignificaretur, idque à delatore earum antequam aperirentur voce reſeraretur, noluit litteras aperire,ſed in eiuſdem delatoris præſentia aducto igne combuſſit, deinde ad illum conuerſus mirantem, & prope ſubindignantem dixit: Præſidia, & cuſtodiæ mihi adhibenda non ſuut, nec à meis pro Eccleſiæ muneribus ob huiuſmodi ſuſpiciones abſtinendum; quid prodeſt alicuius peccatum noſſe, vel quemquàm ſuſpectum habere,quæ odij, ac iudicij temerè faciendi, & aliarum offenſionum ſunt inuitamenta? ſatius eſt rem totam Deo committere, eiuſque ſola miſericordia ſuſtentari. Et ſic diſceſſit Eques, ac Beatus Carolus nullum penitus verbum de ea re deinceps fecit: memorandum quippe exemplum quo Epiſcopus ad plurima ignoranda moueri deberet.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt conſideranda in omni negotio.*
2 *Lex iniuſta poteſt ſeruari ob ſcandalum vitandum, & quando.*
3 *Clericus propter ſcandalum non priuatur.*
4 *Epiſcopus non debet eſſe nimis credulus.*

5 *Prudens non leuiter aliquid inchoat, nec inchoatum ante perfe-ctionem relinquit.*

6 *Prudens non mutatur ſed aptatur.*

CAPITVLVM. V.

De eadem materia prudentiæ.

SIngula prudentiæ officia recenſere aliud non eſſet, quàm vaſtũ pelagus tenui carina traijcere, eam ob rem cogitaui quædam alia prudentiæ munera, Epiſcopis potiſſimum conſentanea interſerere.

1 Primò omni negotio peragendo tria eſſe conſideranda, an liceat, an deceat, an expediat, ita docet Innocentius. in c. magnæ, de voto. Vnde Paulus 1. ad Corinth. c. 10. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent; ſed non omnia ædificant. Adhoc caput rediguntur innumera quæ tolerat Eccleſia propter ſcandalum vitandum contra regulas iuris c. nihil. de præſcript. c. cum teneamur. de præben. cum ſimil. quorum pauca recenſenda putaui.

2 Primum quòd Epiſcopus propter ſcandalum vitandum debet permittere, vt obſeruetur lex iniuſta per contrarietatem ad bonum humanum non ad diuinum S. Thomas 1. 2. q. 96. art. 4. Felinus ſingulariter in dicto c. nihil, qui declarat procedere hanc opinionem, quando ex reſiſtentia quæ fieret legi iniuſtæ, reſultaret maius ſcandalum, & maius malum. Ponit exemplum in Eccleſia quæ non repetit decimas in terris, in quibus non conſueuerunt dari, propter ſcandalum vitandum.

3 Secundum quòd Clericus alioqui priuandus, & puniendus toleratur propter ſcandalum vitandum. Innocentius in cap. 1. de Cler. coniug. c. per tuas, de Simonia. S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. ad 3. qui eſt videndus: Felinus loco citato, vbi conglomerat permulta, quæ tolerat Eccleſia propter ſcandalum, ad quem remitto lectorem.

Secundo

4 Secundo prudentia docet Epiſcopum non debere eſſe nimis credulum ad ea quæ de alijs audit, c. ſi quid vero. diſtin. 86. Extrauag. vnica, de pœnit. c. licet Heli. de Simon.& Bernardus de conſideratione lib.4. c. 10. ad Eugenium, inquit clandeſtinas denuntiationes aduerſus aliquem non eſſe recipiendas,& eſſe ſuſpectum illum, qui quod in aure loquitur, veretur palàm dicere. Curiæ enim iniquitates ſunt notiſſimæ,& domeſtici ſiue presbyteri, vt præ alijs ab Epiſcopo amentur, ſolent confingere calumnias, & innumeras falſitates contra viros probos eorũ fœdis cupiditatibus reſiſtentes Epiſcopo referre.

5 Tertiò prudẽs Epiſcopus cauet ne aliquid leuiter inchoet, vel inchoatum ante perfectionem de facili relinquat, vt multis contingit, qui plura negotia aggrediuntur,& pauca ad perfectionem ducunt; hoc non eſt prudentis, vt dicit Seneca, & in Epiſcopo deteſtabile.

6 Quartò prudentis Epiſcopi eſt non temere mutari, ſed potius aptari iuxta eundem Senecam dicentem: Te in aliquibus non mutes,ſed potius aptes. Et Eccleſiaſt.27. Stultus ſicut luna mutatur. aliàs vituperaretur miniſterium noſtrum, & vileſceret auctoritas, ita Innocen. in c. qualiter, & quando 1. de accuſat. ibi: Occaſionem inueniatis, per quam ne veſtra vileſcat auctoritas etc. Vbi Abbas. Prudentia etiã docet quòd Epiſcopus maturè procedat ad excommunicationem, quòd amicitiam conſeruet cum Domino temporali, quòd procuret non haberi odio à ſubditis; de quibus in ſuis locis particularibus diffuſius tractabimus; & tandẽ in omni re peragenda Epiſcopus prudẽtia vtatur: ipſa enim in medio regiminis quaſi quædam arbitra ſedens, ſuos rebus fines imponit. Prudentiam augent conſuetudo cum viris eruditis, frequens lectio librorum, & obſeruatio caſuum qui in dies ſuccedunt.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudo in Epiſcopo apprimè commendatur.*
2 *Epiſcopus dicitur ferrum.*
3 *Exempla Sanctorum memorabilia circa fortitudinem Epiſcopi.*

4 *Exempla iuſtitiæ non ſunt ſumenda à potentibus, qui quicquid volunt pro lege habent.*

5 *Epiſcopi qui laicis adhærent contra Eccleſiæ iura vocantur arietes ſine cornibus.*

6 *Principes ante alios ſubditos ſunt corripiendi.*

7 *Beati Caroli Borromei ſingularia verba circa fortitudinem Epiſcopi.*

8 *Conſanguinei Epiſcoporum à Tyrannis Banniti à Deo miro modo adiuti.*

CAPITVLVM. VI.

De fortitudine Epiſcopi circa rectam executionem ſui muneris.

1 DVplex animi fortitudo Epiſcopo eſt neceſſaria: prima, vt nunquàm animum deflectat à recta executione ſui muneris, non prece, fauore, timore, etiam ſi eius vitæ diſcrimen immineat: altera verſatur in tolerantia tribulationum, & aduerſitatum, à quibus ſerui Dei impetuntur, ad deſpicientiã omnium honorum, & rerum huius mundi præter Deum. In hoc capite de prima ſermo noſter erit, de qua illud aſſerere non verebor, quòd niſi ea Epiſcopus munitus fuerit, melius eſſet ſi renuntiaret Epiſcopatui; idque experimento ipſe probaui, & in alijs Epiſcopis cognoui. Incredibilia ſunt, & ſanè præter hominum opinionem innumera impertinentia, quæ ab Epiſcopis poſtulantur; à principio Epiſcopatus confeſtim conſanguinei, nobiles, amici, accurrunt, & alij filium in famulum, alij nepotem, alij ſeruum offerunt, quos dum ſemel Epiſcopus admiſerit, amplius excludere non poteſt, alij petunt promiſſionem beneficiorum cum vacauerint: potentes quando præſentant aliquem ad iuſpatronatus, inſtant ſtatim fieri inſtitutionem nolentes oſtendere titulum, & niſi inſtitutio quamprimùm ſequatur, indignantur, & minantur Epiſcopo, petunt ad ordines promoueri eorum

rum

Digitized by Google

rum famulos, aut alios indignos, & perſæpè dignos laqueo, vel triremibus; alij infeſtant Epiſcopum, vt petat remiſſionem carceratorum à curia ſæculari, cum falſo probauerint requiſita à Concilio Tridentino, vel Clericus gaudeat priuilegio fori. ſæpe ſunt amiſſa bona Eccleſiæ recuperanda, multa peccata etiam Principum, & Regum obiurganda; petulantia aliquorum Magiſtratuum reprimenda, pleraque alia quæ iniuſtè exiguntur deneganda; itaque ſine hac animi fortitudine Epiſcopus in magno periculo ſalutis verſabitur; nam ſola prudentia non ſufficit; ad eam inducunt.

Primò verba Hieremiæ primo. vbi oſtendens Dominus fortitudinem, qua ſuffultum eſſe oportet Epiſcopum, ita inquit: Ecce ego dedi te hodiè in ciuitatem munitam, in columnam ferream, & murum æneum ſuper omnem terram Regibus Iuda, & principibus eius, bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego ſum tecum. & Ezechiel. 3. Ecce dedi frontem tuam valentiorem eorum, vt adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam. Item Ioſuæ dixit Deus: Ego ero tecum & nullus poterit reſiſtere vobis cunctis diebus vitæ tuæ. Ioſuæ cap. 1.

2 Et Prælatus dicitur ferrum; quia ſicut ferrum eſt forte, ita Prelatus debet eſſe fortis. c. ferrum. diſt. 50. Vbi Archid. Nec in vltimo vitæ ſpiritu liberabunt Epiſcopum potentes, qui illum errare fecerunt. Solus Epiſcopus ſtrictiſſimam rationem reddet: non enim debebat Epiſcopatum procurare. Salomon nec matri propriæ iniuſtè quid petenti aſſentiri voluit 3. Regum c. 2. Et dicit Paulus: Si hominibus complacerem, Chriſti ſeruus non eſſem c. fin. diſt. 47.

3 Secundò, exempla Sanctorum accendere debent Epiſcopum, quorum innumeri in faciem principibus reſtiterunt, & eos intrepidè increparunt. De Samuele dicit ſcriptura quòd viriliter arguit Saul: Et cognouerunt omnes quòd fidelis Samuel Propheta eſſet Domini. 1. Reg. c. 28. S. Chryſoſtomus noniter creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus viſitatus ab Imperatore Arcadio, aperta fronte illi dixit, quòd niſi Imperium cum omni rectitudine gubernaſſet, ipſum increpaſſet: vt Nathan Propheta Dauid: deinde non permiſit, vt Eudoxia Im-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

peratrix ingrederetur Eccleſiam, ex quo poſſeſſionem cuiuſdam contra fas occupauerat, & ab ipſo admonita reddere noluerat, ac prohibuit fieri ludos ante ſtatuam dictæ Imperatricis, ne turbarentur diuina officia, cum fierent propè Eccleſiam, neuè induceretur Idolatria.

Sanctus Ambroſius, prohibuit ingreſſum Eccleſiæ Theodoſio Imperatori, ex quo plures innocentes in Theſſalonica occidi mandauerat, & aliàs à Presbyterio illum expulit, dicens. Quod purpura non facit Sacerdotes. Eundem iterum acriter reprehendit circa Iudæorum Synagogam Coſtantinopoli, à Chriſtianis incendiò abſumptam, & ab Imperatore reædificari iuſſam, effecitque, vt contrario mandato nullam Iudæis Synagogam permitteret, & in omnibus Imperator fuit obediens. Idem Valentiniano iuniori Imperatori Eccleſiā pro Arianis cōſtantiſſimè negauit; habetur in c.conuenior 23.q.8.

In Concilio Ariminenſi ſcriptum erat decretum contra Arianos, illudq. ad cuſtodiendum traditum fuit Euſebio Epiſcopo Samoſetano: Conſtantius Imperator Arianus, mittit ad Euſebium, vt decretum ad eum traſmittat; negat id facturum Epiſcopus ſine Patrum conſenſu: iratus Imperator, iterum mittit, minitans dexteram ei præſcindere, niſi reddat Epiſcopus: lecta Epiſtola porrigit nuntio vtramque manum dicens: Vtramque potius præſcinde, hoc decretum non tradam Auguſto: & laudauit Imperator Epiſcopi conſtantiam.

Sanctus Nicolaus Epiſcopus Myrenſis, contra Tyrannos perſequentes eius ſubditos, nimiò zelo inſurrexit, eos acriter reprehendens: ob id fuit in exilium eiectus. Tres iuuenes iniuſtè ad mortem damnatos ductos ad locum ſupplicij proprijs manibus diſſoluit, & liberos dimiſit, enſem de manu ſpiculatoris extorquens.

Sanctus Duſtanus Archiepiſcopus Cantuariæ, Ediganem Angliæ Regem adulterantem publicè coercuit.

Sanctus Lambertus Pipinum Auſtriæ ducem in Alpaide publicè eius coniugale violantem, redarguit vſque ad mortem.

Sanctus Staniſlaus Cracouienſis Epiſcopus Boleſlaum Po-

Poloniæ

loniæ Regem ſimili ſcelerè pollutum vſque ad ſanguinis effuſionem increpauit.

Sanctus Antoninus nulla vi perterrebatur, quin Eccleſiaſticā libertatem vſq; ad dignitatis, & vitæ pericula tutatus fuerit, octo Iudices excommunicauit, ex quo duos Sacerdotes, noctu depræhenſos cum ignominia, clangentibus tubis ad eũ remiſerant, nec abſoluit, niſi ante fores Eccleſiæ zona collo impoſita, & verberatos tergã. Aliàs audiuit Quæſtorem à Summo Pontifice Florentiæ miſſum, ſe à Magiſtratu, tamquam obſidem captum, & cum abeſſet, properè Florentiam reuerſus eſt, acribus verbis Magiſtratum minitans, niſi liberaret eum. Iterum cum Magiſtratus aliquid tentaſſet contra ius, & deinde miſſæ ſacrificio adſtaret, Antoninus iubet Sacerdotem à ſacris abſtinere, & clerum omnem à choro protinus diſcedere, eum grauiter increpans: & cum quidam Magiſtratus dixiſſet Antonino, quòd niſi latrare ceſſaret, è prætorijs feneſtris proijceretur. Reſpondit Antoninus, ſe non eſſe tanti, vt Martyrium mereretur, ſed ſi dignitate priuaretur, nil ſibi gratius, & adhuc habere clauem cellæ in Monaſterio.

Iam verò commemorare libet admirabilem conſtantiam S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarien. variè tentatam. Henricus ſecundus Angliæ Rex imperauerat S. Thomæ & alijs Epiſcopis Regni, vt conſuetudines, & leges, quas ſanxiſſet auus eius, quaſque ipſe propoſiturus eſſet, confirmarent, & obſeruarent, quippe quæ eſſent pacis tuendæ cauſa promulgatæ: cui Archiepiſcopus, & Epiſcopi reſponderunt: ſe nullius velle parere legibus, quæ cum diuinis pugnarent: erant enim contra libertatem Eccleſiæ, nempè. Quòd non liceat Archiepiſcopo, & Epiſcopo exire de Regno & venire ad vocationem Domini Papæ ſine licentia Regis. Quòd non liceat Epiſcopo excommunicare aliquẽ, qui teneatur de Rege in capite ſine licentia Regis; vel terram illius, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere. Quòd non liceat Epiſcopo coercere aliquem de periurio, vel læſa fide. Quòd Clerici trahantur ad ſecularia Iudicia. Quòd Laici, ſeu Rex, aut alij tractent cauſas de decimis, vel Eccleſijs. Cumque vrgeret Rex iratus, vt tales leges ſerua-

rentur, tandem alij Epiſcopi perſuaſi à Rege, ei adhæſerunt; non tamen potuit, nec præcibus, nec minis flecti Diuus Thomas, qui inter medios hoſtium cuneos feſtinabat ad palmam Martyrij. Quot autem habuerit lites, quantas à Rege, & Miniſtris eius pertulerit iniurias ob Eccleſiaſticæ libertatis defenſionem, incredibile eſt. Multa tùm in Clerum fiebant, contra Canonum præſcripta: Sed Diuus Thomas viriliter Eccleſiæ iura tuebatur. Duo Epiſcopi, & duo Conſiliarij Regis perſuadebant Sancto, vt miſereretur Eccleſiæ ſuæ, & ſuorum curam gereret; Ipſe verò immotus permanens noluit aſſentiri. Poſtremo eò Rex deuenit, vt neceſſe fuerit ſe à Regno abſentare, fuere etiam omnes eius cognati à Regno expulſi.

4 Inter alia obijciebat Rex coram alijs ſub auo ipſius Sanctos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, permiſiſſe Clericos facinoroſos puniri à Iudicibus Sæcularibus: & Archiepiſcopus prudentiſſimè reſpondit; Quòd dicis auum tuum, aut alium in Clericorum ſæuiſſe necem: nos quidem ſubita quadam temeritate ſemel id factum cognouimus. Sed valdè abſurdum eſt, ab illis petere exempla iuſtitiæ, qui quicquid ſuaptè voluntate egiſſent pro legibus ducebant. Ego verò qui diuina diſpenſatione ad id aſſumptus ſum, vt Dei Eccleſiam, & Clerum tuear, in ea voluntate, dum ſpiritus hos regit artus permanebo. Tum Rex valde excandeſcens: Comprimam (inquit) Archiepiſcopi ſuperbiam. Demum prætermiſſis innumeris ærumnis, quas Sanctus paſſus fuit pro defenſione iurium Eccleſiæ Martyrio coronatus fuit.

5 Sed non prætereamus quid Summus Pontifex dixerit, de alijs Epiſcopis qui Tyranno Regi adhæſerant, obiecit illis, quod quaſi arietes non habentes cornua abijſſent, abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. Idem Sanctus cuidam Epiſcopo; qui ei ſcripſerat, vt melius cum Rege ageret, reſpondit: Clauum teneo, & ad ſomnum me vocas. Nec non cum ageret exilium, per litteras redarguit omnes Epiſcopos Angliæ, quòd Regi pro Eccleſiæ contradicere non auderent. Hæc & alia de eius conſtantia, & fortitudine diffuſius exarata inueniuntur apud Laurentium Surium in eius vita, quæ nos breui-

tatis

tatis cauſa omittimus.

Præclarum, etiam teſte eodem Surio fuit fortitudinis Encomium S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis. Inter alia Imperator exegerat ab eo non præcibus quidem, vt oportebat, ſed imperioſa quadam auctoritate, vt Colonienſibus admiſſæ cuiuſdam in ſe temeritatis veniam daret, excommunicatoſque Eccleſiæ reconciliaret, præterea vt ad firmamentum conſeruandæ erga ſe in perpetuum fidei, ſex ſibi ex militibus ſuis obſides daret: vtrumque ille cum magna conſtantia negauit, nec obſides dare, nec excommunicatos ſine Eccleſiæ ſatisfactione abſoluere, cum leges Eccleſiæ id vitarent: & quamuis Rex inſtaret vehementer, comminans omnia incomoda ſe illaturum, & cuncta quæ illius ſint ferro, & igne demoliturum: perſtabat Sanctus fixus in propoſito, dicens ſe mori paratum. Poſtremo euictus Rex ab ijs quorum conſilijs plurimum tribuebat. Nexit ſententiam, & ait: Malle ſe cum eo beneficijs certare, quàm damnis, & inimicitijs, & ſi eum fidum, ſibique deuotum in cauſis Reipublicæ reperiret, primum deinceps inter amicos habiturum.

6 Non eſt ſilentio inuoluendum, quòd Sancti Epiſcopi cenſuerunt Principes eſſe antè alios corripiendos; exemplum perhibet Sanctus Federicus Epiſcopus Traiecti, qui prima die, qua in Cathedra Pontificali collocatus fuit, redarguit Imperatorem de inceſtu, placidiſſimis, & ſuauiſſimis verbis: verebatur, enim Imperator, Sancti præſentiam, vt liberius concubina frueretur, ipſumque deprecabatur, vt ad quendam locum Diœceſis ſe conferret ad corrigendos peccatores, quorũ multitudo illic coaleſcebat: quem Sanctus non ſine magna admiratione adſtantium Epiſcoporum, interrogauit: ſi piſcis erat prius commedendum caput, vel cauda? Reſpondit Imperator, à capite eſſe incipiendum. Subiunxit Sanctus? itaque prius Princeps debet corripi, & derelinquere peccatum, deinceps alij: nàm correcto Principe alij facile corriguntur. & ſic Imperatorem ſapienter, & benigne redarguit. Experientia etiam id comprobat, ſanè legitur in vitis Sanctorum, quòd quando Princeps, vel patres familias, eorum miraculis & prædicatione

dicatione conuertebantur ad fidem, confeſtim ſubditi,& omnes de familia ſuſcipiebant baptiſmum: correctio autem eſt prudenter facienda, ne potius exaſperet, nec debet dedignari Princeps, cùm Epiſcopi dicantur Regum, & Principum patres, & Magiſtri, c. quis dubitet. diſt. 96. & in c. ſi Imperator, eadem diſt. habetur: Si Imperator Catholicus eſt, filius eſt, non Præſul Eccleſiæ.

Nunc autem ne lectorem tædio afficiamus, prætermiſſis priſcorum Sanctorum exemplis, ſermonem conuertamus ad modernos Pontifices, quorum ſatis erit lucidiſſimum ſpecimen Beatum Carolum Borromeum in medium proferre.

7 Erat Beatus Carolus in Regis Hiſpaniarum ditione natus, ipſeq. ac ſui Regibus multis retro temporibus fideliſſimi, ſed non potuit humana fidelitas eum infidelem Deo reddere: euenit, quòd Senatores Mediolanen. prætēdentes Epiſcopum non poſſe habere familiam armatam, quemdam familiarem Beati Caroli Archiepiſcopi repertum cum armis prohibitis ab eorum legibus, ictibus torturæ affecerunt, & ad triremes damnauerunt. Quòd in Eccleſiæ libertatis offenſionem perpetratum conſpiciens Beatus Carolus, illos publicè excommunicauit, nec abſoluit, niſi præmiſſa ſatisfactione, & ante fores Eccleſiæ coram populo. Rurſus Gubernatorem Mediolani ob iura Eccleſiæ violata anathemate perculſit; quòd moleſtè ferens Gubernator, multa aduerſus Carolum moliebatur, totaq. Ciuitas metu ſuſpenſa tenebatur, ne aliquod graue facinus suboriretur; Caroli vero conſtantia magis eluceſcebat. Cumq. in ipſis periculis eum domi manſurum omnes exiſtimarent, exibat paucis comitibus, quemadmodum modeſtiæ gratia ſolebat ſemper, & ad cœleſtium patronorum corpora viſitanda ſe conferebat, vt feciſſe Sanctum Ambroſium in ſuis periculis legerat. Quàm plura alia fortitudinis exempla præſtitit, quæ in eius vita videri poterunt; non Principum, nec conſanguineorum, nec vitæ, aut aliorum temporalium timore perterritus; ea nos omittimus, ne Lectorem in longum protrahamus. Obſeruatione tamen digniſſima quædam verba referemus, quæ Beatus Carolus dicere ſolebat, animi fortitudinem patefacientia,

facientia:dicebat eum ſe ferre acerbius, ſi Præsbyter, aut Clericus vitio aliquo ageretur, Clerique diſciplinam turbaret, quàm ſi Principes multos haberet infenſos.

8 Aliqui Epiſcopi animo deijciuntur propter conſangnineos, quos Magiſtratus temporales minantur bandire, vt contingit S. Thomæ Cantuarien. quorum calamitas illis perquàm acerba fuit, cum videret, ex opulentis repentè factos planè inopes, nec haberet vnde illorum inopiam ſubleuaret; Sed Deus nec deſeruit eos: Mouit enim Franciæ Regem, Regnique proceres, vt liberaliter ei ſuppeditarent, quod & ipſi, & omnibus cognatis eius ſufficeret. Quin etiam plures ex eis, qui erant pauperes, in Anglia effecti ſunt diuites in alienis regionibus. Et de his ſatis, quo ad hoc caput: alia Sanctorum exempla videri poſſunt apud Laurentium Surium, Cardinalem Baronium, & alios.

Dicit Greg. in Paſto. in 1. 2. c. 4. quòd Epiſcopi, qui liberè Tyrannis non contradicunt, dicuntur illi Prophetæ, qui non aſcendunt ex aduerſo, neque opponunt murum pro domo Iſrael: vt habetur Ezechiel. c. 13. Væ Prophetis inſipientibus qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident: quaſi vulpes in deſertis: Prophetæ tui Iſrael, non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro Domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.

SVMMARIVM.

1 *Tribulationes innumeras Epiſcopum non adoriri difficile eſſe probatur.*

2 *Epiſcopi miſſi ad laborem, non ad quietem.*

3 *Epiſcopi de facili infamantur, et odio habentur propter iuſtitiã.*

4 *Epiſcopi à principio omnia tranquilla, quouſque morum reformationem agreſſi fuerint.*

5 *Piſcatores, & Paſtores cur Deus in Prælatos elegerit.*

6 *Exempla adducuntur aliquorum Pontificum, qui innumeris tribulationum, procellis concuſſi ſunt.*

7 *Epiſcopi non debent contriſtari, ſi non omnia proſperè illis ſuccedant.*

CAPI-

CAPITVLVM. VII.

De fortitudine Epiſcopi in perferendis aduerſitatibus.

1 ALia fortitudinis ſpecies, conſiſtit in deferendis aduerſitatibus, quas Epiſcopum neceſſe eſt tolerare, ſi rectè velit fungi officio ſuo: eſt enim impoſſibile propemodum, Epiſcopum probum, non perpeti tribulationes, quod auctoritatibus, & exemplis demonſtratur.

Primò, ſi iuxta Salomonis dictum, quilibet fidelis præparare debet cor ſuum ad tentationes, cum accedit ad ſeruitutẽ Dei, multo magis Epiſcopus, qui tamquam Capitaneus pugnat contra dæmones, pro ſe, & ouibus ſuis, & pro populo interpellat, eiuſque peccata cõmedit, cum ſuis precibus, & orationibus ea debeat, & conſumat; Idcirco magis vexatur teſt. not. in c. nulli dubium. 3. q. 1. & c. ſuggeſtum. vbi Archid. 7. q. 1. Multa enim malignatur inimicus in Sancto. Pſal. 73. aliqui exponunt de ſudditis contra Epiſcopos.

2 Secundò, Epiſcopi dicuntur miſſi ad laborem, non ad quietem c. in nouo diſt. 21. Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 25. de reform. Et Bernardus ad Eugenium lib. 2. c. 5. Agnoſce, inquit, hæreditatem tuam in Chriſti Cruce, in laboribus multis. Diuus Paul. ad Cor. 2. c. 3. Omnem tribulationem paſſi ſumus, foris pugnæ, intus timores, Chriſto confixus ſum Cruci; viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. ad Galat. 2.

3 Tertiò, dicit Innocentius Tertius, in c. qualiter, & quando 2. de accuſation. Prælatos non poſſe omnibus complacere, cum ex officio ſuo non ſolum arguere, ſed etiam increpare; quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquàm verò ligare debeãt; & ideo frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Chryſoſt. in initio Epiſcopatus incepit ouium ſuarum vitã corrigere cum maximo ardore, propterea Clericis aſper,

& plu-

& pluribus exoſus erat, ac velut furioſum vniuerſi illum declinabant, in tantum quod Serapio Diaconus eius, præſentibus Clericis hæc protulit verba: Nunquam poteris, ò Epiſcope, hos corrigere, niſi baculo percuſſeris omnes. Quia tamen Ioannes primo Clericorum vitia arguebat, Clericis erat inuiſus, ſed non populo, cùm vero plures procerum obiurgare cæpiſſet, inuidia contra eum maior accenſa eſt.

4 Sic etiam omiſſis alijs contigit Carolo Boromeo, cui à principio omnia placida erant, & tranquilla, cùm vero morum reformationem aggreſſus eſt, omnia turbida, & plena amaritudine. Et dicit Abb. in d. c. Qualiter. quod Epiſcopi de facili infamantur ſine iuſta cauſa, cum incurrant odium multorum propter executionem officij, & ideo ad inquirendum contra Prælatum non ſufficit ſola fama ſicut contra ſubditum, ſed debet eſſe cum periculo, vel ſcandalo, vt in d c.

Quartò, dixit Chriſtus Apoſtolis ſuis, quorum vices repræſentant Epiſcopi: Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum: & Apoſtolus miſit nos tamquam morti deſtinatos: facti ſumus omnium peripſema.

5 Quintò, mirabili myſterio factum eſt, quòd in duces populi ſui Deus elegerit Paſtores, quales Moyſem, & Dauid, in Prælatos, piſcatores, quia Paſtor non dormit, ſed fermè continuo vigilat, vix veſtitur, maleque veſcitur: Sic etiam piſcatores in laboribus, & periculis, & vigilijs ſemper ſunt, vt Prælati ſcirent, ſe non ad quietem, ſed ad labores, ſudores, & vigilias pro grege ſibi commiſſo vocatos eſſe. Ita Philippus Diez in ſumma prædicantium, verbo, Prælati vigilantia. Sic etiam vngitur Eliſeus in Prophetam arans terram ſolus cum duodecim iugis boum 3. Reg. c. 19. & Amos armentarius c. 1. Amos.

Sextò, dicit notabiliter Chryſoſtomus de Sacerdotio lib. 2. eſſe diſcrimen inter Paſtorem brutorum, & gregis Chriſti: nā lupi qui gregem perdere quærunt. contenti ſunt ipſarum pecudum raptu, nec quærunt fugientem Paſtorem; ſed lupi infernales ſi vniuerſum gregem cæperint, non ſunt contenti, nec abſtinent à præda, niſi Epiſcopum ſupplantauerint.

6 Septimò, exempla Sanctorum Epiſcoporum ſunt innumera,

quorum

quorum aliqua referemus. S. Athanaſiùs in exilium miſſus, per ſex annos in ciſterna delituit, pluribus menſibus in ſepulchro, fuit falsò accuſatus de fornicatione,& homicidio.

Sanctus Chryſoſtomus bis in exilium eiectus, vbi plura paſſus fuit.

Sanctus Nicolaus Epiſcopus pariter effectus extorris.

Sanctus Cyprianus Epiſcopus poſt multos labores tandem Martyrio coronatus fuit, qui ſpeculatori viginti aureos dedit pro mercede.

Sancti Gregorij Thaumaturgi Epiſcopatus ſemper fuit in certamine.

Sanctus Euſebius Epiſcopus compulſus fuit à Conſtantio Imperatore abire in exilium, cum conſtanter aduerſus Arrianos prædicaret.

Sanctus Ambroſius varijs tribulationibus tentatus, inter-alias, quædam Damicella Iuſtinæ Imperatricis Arrianæ virginalis modeſtiæ oblita, Ambonis gradus conſcendens, apprehenſa veſte Pontificis, illum deorſum inter alias eiuſdem ſectæ mulieres attrahere conabatur, quòd ab illis cæſus inſigni notaretur infamia; ad quam ille vultu placido: Et ſi, inquit, ego indignus ſum tanto Sacerdotio, tamen nec te, nec tuam profeſſionem decet in qualemcunqueSacerdotem manus inijcere, vnde vereri debes iudicium Dei, ne quid tibi contingat: Quæ ſequenti die exſpirauit: hæc illa egerat,quia Ambroſius Catholicum Epiſcopum Sirmiæ præfecerat contra voluntatem Imperatricis quæ fuerat conata, vt Arrianus crearetur, cui pro viribus Ambroſius reſtitit. Hæc tentatio fuit vna inter alias quæ innumeræ ſunt.

Sanctus Syluanus cùm oraret in Eccleſia, Diabolus eius formam aſſumens domum cuiuſdam viduæ ingreſſus eam ad turpia tentauit. Vnde totus populus commotus, Syluanum credens, acclamabat eum morte dignum: cuius fortitudine aliquantulum à Deo probata, miraculo Diui Hieronymi eius innocentia oſtenſa fuit. Nàm ſpiritus ille malignus intrauit in corpus cuiuſdam mulieris, & Diuus Hieronymus viſibiliter coram populo apparens, mandauit dæmoni vt ex ea exiret, &

quæ

quæ in Syluanum commiſerat propalaret, protinus Diabolus diſceſſit ab illa fæmina in forma, & habitu Syluani, & cuncta quæ contra Syluanum commiſerat, enarrauit.

Sanctus Anno Archiepiſcopus Colonienſis mirabiles aduerſitates perpeſſus fuit: celebrauerat Archiepiſcopus Paſcha Coloniæ, eratque cum eo alius Epiſcopus ad communicanda tantæ ſolemnitatis gaudia familiaris amicitiæ obtentu euocatus, cùmque exactis ex parte ferijs Paſcalibus abſcedere pararet, familiares Archiepiſcopi iubentur ad euectionem eius nauim idoneam prouidere, qui luſtratis proſpectiſque omnibus, vnam mercatoris nauim occupant; eamque eiectis mercibus quas habebat, ocius expediri iubent, negantibus famulis, qui nauim ſeruandam ſuſceperant, vim niſi mature iuſſa capeſſant minitantur. Illi citato curſu ad Dominum nauis rem deferũt, quid facto opus ſit conſulunt, filius Domini audacia, & viribus excellens, ob merita ſua, & generis affinitatem, primoribus Ciuitatis maximè charus, & acceptus, aſſumptis famulis, & alijs iuuenibus, miniſtros Archiepiſcopi acriter cum iniuria expellit. Exinde etiam populus commotus non Epiſcopum expellere, ſed per omnes cruciatus trucidare cogitat, Archiepiſcopum cùm memorato Epiſcopo cænantem adoriuntur, tela torquent, ſaxa iaciunt, nonnullos ex aſſiſtentibus interficiunt, cæteros plagis, & vulneribus confectos in fugam vertunt: quamplurimi conſpicati fuerunt talium furiarum incentorem Dæmonem præcurrere inſæuienti populo galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter fulgurantem. nec vlli quã ſibi ſimiliorem. Inter hoſtium cuneos nubemque iaculorum, quidam Archiepiſcopum in templum arripiunt, foreſque non modo ſeris, & vectibus ſed admotis etiam magnis molibus obfirmant; Sæuit foris populus, palatium Epiſcopi ingrediuntur, theſauros diripiunt, omnia confringunt, Clericum occidunt, occultantem ſe in angulo altaris præ timore, putantes Archiepiſcopum: cumque Archiepiſcopus media nocte aufugiſſet, & eum in Eccleſia inuenire non potuiſſent, hominem innoxium de turba ſuper portam vrbis ad ignominiam Epiſcopi ſuſpendunt, alteri crura ſucciderunt, mulierem etiam quandam de

ſummita-

ſummitate murorum præcipitant, fractiſque ceruicibus interficiunt, vt latius in eius vita apud Surium.

Sanctus Antoninus non nihil paſſus fuit, inter alia quidam Sergius presbyter citatus ab eo pro quodam delicto, diſtricto gladio tentauit eius caput præcidere, ſed gratia Dei enſis ſolum tetigit ſedem, in qua Archiepiſcopus aſſidebat; Ille vero credens eum interfeciſſe, aufugit.

Sanctus Thomas Cantuarien. & alij infinitas aduerſitates incurrerunt, quas omnes nobis tranſcribere non fuit viſum, ne prolixitas faſtidium legenti offerat, & quia diffuſius, & magis concinnè habentur in Laurentio Surio, Cardinali Baronio, & alijs. Non tamen præteribo quid noſter modernus Carolus Boromæus tolerare coactus fuit. Tentauit fratres ordinis Humiliatorum, ad melioris vitæ inſtituta dirigere, qui ictu ſcopli ipſum immaniter vulnerauerunt, ſed miraculoſe ſeruatus fuit, & alia innumera ſuſtinuit. Sapiens Eccleſia. 38. hortatur Prælatos ad laborandum pro populo plurimis ſingularibus exemplis quem vide.

7 Aliqui Epiſcopi fortes, non timentes aduerſariorum bella laborant & fortiter ſe gerunt, ſed quando res non ex ſententia eueniunt, contriſtantur; quibus reſpondit Chryſoſtomus de Sacerd. lib. 6. fieri omnino nequaquàm poſſe, vt qui homo ipſe ſit, vbique eundem ſe præſtet, ac quicquid tentauerit, id omne proſperè illi ſuccedat. De confidentia in Deo habenda, & deſpicientia temporalium propter Deum inferius agemus.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia Epiſcopi in Deo potiſſimum collocanda.*

2 *Gregorÿ Nazianzeni, Martini, & aliorum ſingularis confidentia in Deo.*

3 *Exempla memoranda afferuntur, qualiter Deus Epiſcopos à periculis eruerit.*

CAPI-

CAPITVLVM. VII.

De confidentia Epiſcopi in Deo habenda.

1 QVid inter aduerſitates Epiſcopum facere oporteat; pro viribus, demonſtrabimus, hoc tantū contenti, vt omnem eius ſpem in Deo collocet, idque & auctoritates & Sanctorum exempla comprobant.

Primò, cum Eliſeus pro lege Dei laboraret, & hoſtes per montem illum perquirerent vt occiderent, famulo ſuo timore perculſo dixit, ne timeret, nam plures erant ſecum ſuperantes hoſtium multitudinem: Et oratione facta ad Deum, vt famuli mentem, & oculos illuminare dignaretur, famulus vidit montem plenum equis, & curribus igneis, & Eliſeus orauit pro inimicis, nec fuit ab illis offenſus 4. Regum cap. 6. Colligitur ſanè Epiſcopum probum plures adiutores, quàm hoſtes aſſecuturum.

Secundò, ex Hieremia Epiſcopum repræſentante, cui Dominus dixit. Ne formides à facie eorum, ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ, & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, dicit Dominus, vt liberem te.

Tertiò, Chriſtus in Apocalypſi. c. 2. dicit Angelo Smirnæ ſiue Epiſcopo: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuā, ſed diues es, blaſphemaris ab his, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed Synagogæ Satanæ; nihil eorum timeas, quæ paſſus es: Ecce Diabolus miſſurus eſt aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decē: eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Quartò, Beatiſſima Virgo in viſione Cæleſti ad Sanctā Brigidam dixit: Quicumque Epiſcopus pro reformatione Eccleſiæ voluerit laborare, ſeque ad hoc inſufficientem eſſe cogno-

Digitized by Google

uerit, Ego Regina Angelorum cum omnibus Choris Angelorum ei in auxilium volo venire.

2 Quintò, transeamus ad exempla Sanctorum. Gregorius Nazianzenus poſt multos labores in fidei propagatione exanclatos, ab hæreticis, tamquam ſeditioſus in iudicium trahitur; at vero ipſe in Domino confidens, ſic loquebatur: Propter nomen tuum Chriſte, etiam ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. atque à iudice ſine verberibus, & tormentis liber dimiſſus fuit.

Sanctus Martinus à latronibus captus, & librata in eius caput ſecuri, ſed altero latrone ictum retrahente ſeruatus, rogatus poſtea, an tunc timeret? Reſpondit, nunquam ſe tàm fuiſſe ſecurum, quia ſciebat miſericordiam Dei adfuturam.

Sanctus Hugo Lingonenſis Epiſcopus, cum nocte quadam grauibus curis diſtractus, & infeſtatus, eas excutere non valeret, ideoque turbari animo cæpiſſet, ad ſe reuerſus grauiter ingemuit, & primo mane confeſſarium acceſſit, confitens quod non iactaſſet omnem curam ad Dominum, ſicut decet hominem Chriſtianum, ac ſi proprijs adinuentionibus fidendum illi eſſet. Huc accedunt omnia dicta in capitulo ſexto de fortitudine Epiſcopi circa rectam ſui muneris exequutionem: enimvero, vnde Chryſoſtomo talis auſus vt Eudoxiæ Imperatrici Eccleſiæ aditum impediat, & Ambroſio, vt Theodoſiū Imperatorem Eccleſiam ingredi volentem prohibeat, eumq; militibus ſtipatum ſolus coram populo de ſcelere in Theſſalonica perpetrato redarguat, & aliis Sanctis, qui in faciem principibus reſtiterunt, non vtique aliunde permanat, quàm ex ſola confidentia in Deo, qua Sancti velut muro inexpugnabili circumſepti omnium inimicorum tela deriſerunt.

3 Sed non alienum fortaſſe à noſtro inſtituto erit intexere, quomodo mirabiliter Deus Sanctos Epiſcopos à periculis eruerit. Refert Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus in Epiſtola ad Auguſtinum de miraculis Diui Hieronymi, illuſtre, & nunquam è memoria excidendum miraculum: aſſerebat Sabinianus Hæreſiarcha duas in Chriſto eſſe voluntates. quadam die Dominica cū Cyrillo, & eius Suffraganeis longa diſputatione

ſione habita, Hæreſiarcha ad falſitatis comprobationem adducebat opuſculum falsò ab ipſo compoſitum ſub nomine Diui Hieronymi Epiſcopi. Conſtanter negabant eſſe opus Hieronymi, cum paulo ante eius obitum Epiſtolam Auguſtino ſuper huius erroris deſtructione edidiſſet. Poſtremo Syluanus Archiepiſcopus Nazareth, qui inter alios fortiter contra hæreticum egerat, conuenit cum eo, quòd ſi in ſequentis diei horam nonam, Diuus Hieronymus hoc opus falſo compoſitum euidenter oſtenderet, Hæreſiarcha capite puniretur; ſin autem non, Archiepiſcopus. & ita ſinguli ad propria remearunt. Statuta die, & hora, cùm nil miraculi appareret. ſæuire cæpit Hæreſiarcha canina rabie, vt Syluanus quod promiſerat iam expleret. Igitur ad locum, quo decollandus erat Syluanus gaudens, & intrepidus venit, lacrymantes Epiſcopos, & omnes alios Catholicos his confortans verbis: Nolite, Chariſſimi, contriſtari, quoniam non derelinquit Deus ſperantes in ſe, ſi non exaudiar, plus meis iā perpetratis merui peccatis. Poſthæc ſpiculatori collum præbuit, eleuat ſpiculator enſem. Adeſt ſubito Hieronymus glorioſus cunctis cernentibus manu extenſa tenens enſem, Syluano imperans vt exurgat, deinde Hæreſiarcham increpat, ſcripturas falſo compoſitas dicens, eique minans ab omnium euanuit oculis. Confeſtim, vt glorioſus Hieronymus diſparuit, Hæreſiarchæ caput terram petijt à corpore detruncatum, tamquàm ſi enſe illud ſpiculator amputaſſet: quod tam mirabile cuncti videntes, qui aderant illicò ſtupefacti Deo gratias egerunt, & Beato Hieronymo, ac ad veritatis tramitem Hæreſiarchæ diſcipuli rediere.

Cum Chryſoſtomus ob præcluſum Eccleſiæ aditum Eudoxiæ Imperatrici fuiſſet in exilium eiectus, terremotus magni poſt breue tempus fuere Conſtantinopoli, vt magna pars palatij Imperatricis corruiſſet, quæ verita iram Dei, procurauit vt ab exilio reuocaretur; idque effectum eſt. plerique etiam vt memoratæ Imperatrici morem gererent, tentauerunt Ioannē occidere, ſed non potuerunt, idque alijs inſinuauerunt.

Iuſtina Imperatrix Arriana pollicebatur diuerſas dignitates ijs qui Ambroſium de Eccleſia raptum ad exilium perdu-

C 2 xiſſent;

xiſſent; quod cùm multi facere conarentur, ſed Deo fauente perficere non valerent, vnus infelicior cæteris nomine Euthymius tanto furore exagitatus eſt, vt iuxta Eccleſiam ſibi domum pararet, atque in eadem currum conſtituerat, quo facilius raptum ad exilium perduceret; ſed iniquitas eius in verticem ipſius deſcendit: poſt annum etenim eodem die quo Ambroſium rapere arbitrabatur, eodem curru impoſitus de eadem domo ipſe ad exilium deſtinatus eſt, repetens ſibi iuſto iudicio Dei id in ſe eſſe conuerſum, vt in eodem curru dirigeretur ad exilium, quem ipſe parauerat Pontifici: cui non minimum ſolatii Ambroſius præbuit dando ſumptus, vel alia quæ erant neceſſaria. Aliàs quidam improbus ad cubiculum vſque peruenit, vt interficeret Ambroſium, ſed cum eleuaſſet manum diſtricto gladio dextera obrigente remanſit, tunc ſe miſſum à Iuſtina confeſſus eſt, & poſt confeſſionem brachium priſtinæ incolumitati redditum eſt.

Sed nec cum iniuria reticeamus, quonam modo Beato Carolo Borromeo fluctibus tribulationum vehementer agitato, ac penè abſorpto Clementiſſimus Deus dexteram porrexit, inopinatamque victoriam conceſſerit, age candide lector; Magiſtratus temporales iuriſdictionis Eccleſiaſticæ non minimã partem vſurpauerant, Canonici Scalenſis Collegij Mediolanenſis Carolo viſitationis cauſa collegium adeunti impudenter obſtiterant, militeſque conduxerant, qui diſtrictis gladijs eidem ſeſe oppoſuerant. Poſtremò cum molitus eſſet Carolus fratres ordinis Humiliatorum ad melioris vitæ rationem redigere, ab eiſdem tormenti ictu vulneratus, ſed Deo adiuuante incolumis ſeruatus, cùm nec vindictam expeteret, atque humano auxilio deſtitutus videretur, in tot tribulationum procellis inflexit Deus, Philippi Regis Hiſpaniarum animum, qui ex ſe hæc mandata Duci Mediolani iniunxit, vt Eccleſiaſticam iuriſdictionem protinus reſtitueret, ac improbans tumultum Scalenſem, vt temerarios illos, qui gladijs abreptis Carolo reſtiterant diligenter inquireret ſupplicioque afficeret, maximè nefarium illum hominem Humiliatorum, qui exacrabile facinus commiſerat. Ecce quomodo res Caroli in maiori

anguſtia meliori loco fuere. Quid plura? Iudex, & duo alij qui contra Eccleſiæ iura certauerant, modico temporis ſpatio interiecto miſerè interierunt. Et de his ſatis. planè omnes hiſtoriæ teſtatum faciunt quàm miro modo Deus Epiſcopos pro Eccleſia deſudantes protexerit, & qualiter eorum aduerſarios profligauerit, illorumque familias euerterit; atque ita extinxerit, vt in hominum memoria, nõ niſi cum ignominia habeantur: quod ſi innumeros Epiſcopos Martyrio perfunctos legimus, quid fœlicius illis euenire potuit? Ipſi enim perpetuò in cœlis triumphant, & eorum hoſtes cum ſuperbo Lucifero flammis interminabilibus concremantur.

SVMMARIVM.

1 *Contemptus omniũ temporalium ſummopere Epiſcopo conuenit.*
2 *Turpe eſt Epiſcopum incumbere ſuppellectili.*
3 *Cura domus Epiſcopi debet alijs committi.*
4 *Chryſoſtomus, & alij pro nihilo habebant iacturã temporaliũ.*
5 *Caroli Borromei mira conſtantia circa amiſſionem temporaliũ.*

CAPITVLVM. IX.

De fortitudine Epiſcopi circa contemptum omnium propter Deum.

1 FOrtitudo Epiſcopi complectitur etiam contemptum omnium præter Deum, vt deſpiciat honores, voluptates, diuitias, patrimonij iacturam, maledicta, & omnes humanos caſus ſub ſe habeat, vt ijs aut nihil moueatur, aut certè non perturbetur, teſtante Ambroſio lib. 1. de off. c. 36. his verbis: Conſidera, inquit, quemadmodum eos, qui ad officia Eccleſiæ accedunt, deſpicientiam rerum humanarum habere deceat; Si enim mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi huius, quid adhuc viuen-

tes de hoc mundo decernitis.

2 Bernardus de conſider. lib.4. c.9. ita inquit. Quid Epiſcopo turpius, quàm incumbere ſuppellectili, & ſubſtantiolæ ſuæ ſcrutari omnia, ſciſcitari de ſingulis, moueri ad quæque perdita, vel neglecta. S. Tho. pulcrè 2.2. q.87. art.2.

3 Sacri Canones, hanc ob rem decreuerunt, debere Epiſcopos curam domus alijs committere, vt principalius vacent curæ Paſtorali c. Epiſcopus. diſt. 88. niſi neceſſitas manifeſta aliud requirat. Turrecrem. ibi, nec non debet Eccleſiæ conſtituere œconomum Clericum non Laicum c. indicatum diſt.91. Auguſtinus domus curam, omnemque ſubſtantiam alijs commiſit. S. Ambroſius ad Epiſcopale munus aſſumptus rerum domeſticarum curam Satyro fratri reliquit, & ipſe ſpiritualibus functionibus incumbebat.

4 Exempla Sanctorum aliqua referemus. Chryſoſtomus in homilia vndecima dum expelleretur à Coſtantinopoli his verbis, eius ſubditos compellauit: Ego exilium non timeo cum Domini ſit terra, & orbis terrarum, nec mortem, qui ſciam quòd mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, nec bona temporalia, cùm nihil in hunc mundum intulerim.

Ambroſius etiam tempore quo Epiſcopus ordinatus eſt, aurum omne atque argentum, quod habere poterat, Eccleſiæ & pauperibus contulit, prædia etiam quæ habebat reſeruato vſufructu germanæ ſuæ donauit Eccleſiæ, nihil ſibi quod his ſuũ diceret relinquens, vt nudus atque expeditus miles Chriſtum Dominum ſequeretur, qui cum diues eſſet propter nos pauper factus eſt.

5 Beatus Carolus Borromeus ita mundanas opes contemnebat, vt ad quæuis perdita nullatenus turbaretur, cum iter faceret per Heluetios caſuque ſtabulum hoſpitij igne conflagraſſet, & in eo omnes eius equi, mulæ, iumenta, conſumpta eſſent, nihil commotus eſt, ac ſi nihil omnino accidiſſet: inſuper hoſpiti centum aureos ad reſarciendum incendij damnum ſine ſua, vel ſuorum culpa exortum elargitus eſt. Aliàs etiam cum aurigæ inſcitia in profundam foueam incidiſſet currus, & ipſe totus cæno immerſus eſſet, quin etiam bracchium eius

læſum

læſum fuiſſet, nullum impatientiæ, aut iracundiæ ſignũ oſtendit, nihil queſtus, nihil locutus eſt, immo ſuos in aurigam eius cauſa furentes compeſcuit. Quid amplius? beneficia quamplurima ampliſſimos redditus habentia in manibus Pontificis liberè dimiſit. Præterea lis illata erat eius nomine Cardinali de nobili Abbatia annuorum aureorum circiter duodecim millium, cùmque accepiſſet ſine dubio ſe ſe cauſam obtenturum, ſponte ceſſit liti, ac præter omnium opinionem remiſit quicquid ex ea re conſequi poſſet, motus, vt aiebat, quòd neque negotijs eiuſmodi volebat ſuum à rebus diuinis animum diſtrahi, neque cum collega diſceptare, nec litem vllam, quæ ad ſe priuatim pertineret, in qua eſſet actor proſequi, apud ſe conſtitutum habebat. Pecuniam adeo abhorruit, vt cum aurei quadraginta millia ex his quæ in Regno Neapolitano vendiderat, allata eſſent ad eius cubiculum, vbi acceptæ pecuniæ teſtimonium, ipſa præſente pecunia conficiendũ erat, ita eam deteſtari viſus eſt, ac ſi anguis fuiſſet adductus, & vix actu perfecto, mandauit auferri, eamq. paulo poſt in pios vſus erogauit: & alij plerique Sancti fecerunt.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus non retinens grauitatem.*
2 *Epiſcopus non debet ſine neceſſitate exercere quadam officia ſpiritualia humilia, vt mundare Eccleſiam, eÿcere canes de ea, ſeruire in miſſa.*
3 *Vultus Epiſcopi debet eſſe ſerenus, verba ſeria.*
4 *Epiſcopus non frequentet aulam Principum.*
5 *Epiſcopus pluribus ſtipatus incedat.*
6 *Epiſcopus non debet occurrere Principi ciuitatem adeunti.*
7 *Epiſcopus in conſpectu mulierum non oſtendat vultum bilarem.*
8 *Epiſcopus dum tractat ſpiritualia, quæuis negotia abÿciat.*
9 *Sacerdotibus an liceat ſedere coram Epiſcopo, vel diſcumbere cum eo?*
10 *Epiſcopus an poſſit vti paramentis, & vaſis pretioſis?*
11 *Iucunda verba ſoliti dicere Epiſcopi Sancti.*
12 *Audientia Epiſcopi gratiſſima eſſe debet.*

13 *Epiſcepus deberet commorari in locis inſignibus.*
14 *Grauitas mira Sancti Cypriani Epiſcopi.*
15 *Ambroſius non ordinauit, quosdã leuiter in inceſſu ſe habentes.*

CAPITVLVM. X.

De grauitate ab Epiſcopo retinenda.

1 GRauitatem ab omnibus Magiſtratibus eſſe retinendam ne eorum vileſcat auctoritas, Canones, & Leges cenſuerunt c. qualiter.el primo de accuſationibus l. obſeruandum ff. de off. præſidis. Sed in Epiſcopo adeo eſſe neceſſariam, quòd ſi eam non ſeruauerit, peccabit iuxta Toſtatum ſecundò Regum c. 6. q. 19. nam minueretur eius auctoritas contra Apoſtolum dicentem: In omnibus exhibentes noſmetipſos, ne vituperetur miniſterium noſtrum.

2 Subdit etiam quòd nec quædam officia humilia quamuis ſpiritualia facere debet ſine neceſſitate, vt ſeruire Sacerdotibus in miſſa, mundare Eccleſiam, eijcere canes de ea, aut ſimilia, ſed humilitas Epiſcopi debet conſiſtere in animo: itaq. habeat animum paratum humiliandi ſe in quibuſcumque rebus, etiã minimis, quamuis eſſent miniſteria ancillaria, quando oportuerit pro ſalute gregis, prout fecit S. Paulinus. Vnde aliqui dicunt quòd Dauid, qui ante arcam Domini dimiſſis regalibus veſtibus ſaltauit, erat repræhendendus, cum non retinuerit grauitatem; ſed alij illum excuſant propter feruorem Religionis; & quia populus non ſcandalizabatur, ſed magis putabat dignum honore, quia coram Deo ſe humiliabat, & Dauid erat Dominus temporalis in quo non requiritur tanta grauitas iuxta Toſtatum, ſicut in Prælatis Eccleſiaſticis: Neque obſtat quod Diuus Paulus proprijs manibus ſibi victũ quærebat, id enim, vel neceſſitate cogente fecit, vel ad tollendum ſcandalum, quod eo primitiuo tempore conuerſionis hominum forſan ortum fuiſſet, ne aliena appetere videretur,

quodque

quodque hodie ceſſat. Si vero vellet Epiſcopus mundare Eccleſiam clauſis ianuis ob particularem deuotionem, & ad humilitatem exercendam non videtur illicitum, quemadmodum ſi diſciplina corpus ſecreto caſtigaret, etenim dum in ſecreto hæc agit, ſe humiliat, & retinet grauitatem.

3 Chryſoſtomus de Sacerd. lib. 3. de hac grauitate loquens: Nam & grauem, inquit, illum eſſe oportet, ſed minime faſtuoſum, terrificum, ſed humanum, & viſenda maieſtate Principem, ſed omnibus tamen appellandum comem, eundemque integrum, officioſum, humilem, ſed minime ſeruilem, acrem quoque, ac vehementem eſſe conuenit, ſed tamen, & manſuetum.

Bernardus ad Eugenium lib. 4. Auſteritatem, inquit, tibi non ſuadeo, ſed grauitatem, illa infirmiores fugat, illa reprimit leuiores, illa ſi adſit odibilem, hæc ſi deſit contemptibilem reddit: Ego nec ſeuerius velim, nec diſſolutius, qui hac mediocritate gratius, vt non de ſeueritate ſis oneri, nec de familiaritate contemptui; ille conuenientior habitus ſi tu actu quidem ſeuerus ſis, vultu ſerenus, verbo ſerius. Hæc Bernardus, & ante omnes Diuus Paulus in Epiſtola ad Titum. c. 1. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, Danieli dixit Angelus: Sta in gradu tuo. Daniel. 10. Iſta grauitas plura docet Epiſcopos.

4 Primò, vt Epiſcopi tàm in Eccleſia quàm foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes vbique ſe Patres, & Paſtores eſſe meminerint, & Regum Miniſtris, Regulis, & Baronibus non ſe ſubijciant, nec loco cedant. Concil. Trid. c. 17. ſeſſ. 25. de reform. Illuſtre exemplum præbuit Gregorius Nazianzenus, licet enim ab Imperatore Theodoſio ardẽter amaretur, qui eius conſuetudine delectabatur, eumque pro parente colebat, non tamen frequenter in eius aula verſabatur, ſed rarò, illud Prouerbiorum rectè, congruèque præmeditatus. Rarò pedem tuum infer ad amicũ, ne forte ſatiatus oderit te.

5 Secundò, quòd Epiſcopus pluribus ſtipatus incedat per Ciuitatem, & diœceſim. Et non cum vno vel duobus tantũ Cle-

ricis,

ricis, de quo à Beato Gregorio fuit repræhenſus Paſchaſius Epiſcopus Neapolitanus, tradit Cardinalis Baronius Tom. 8. fol. 169.

6 Tertiò, quòd Epiſcopus non debet occurrere Principibus ſæculi ad Ciuitatem vel alia loca accedentibus; ita egit S. Lupus Epiſcopus Senonenſis qui noluit obuiam ire Regi Ciuitatem adeunti, & ob hanc cauſam fuit à Rege effectus extorris, aduertit etiam Baronius Tom. 8. fol. 301.

7 Quartò, quòd Epiſcopus in conſpectu mulierum faciem hilarem non oſtendat, ſicut admonet Sapiens: Filiæ tibi ſunt, noli faciem hilarem ad eas oſtendere. Bernardus loco citato.

Quintò, quòd Epiſcopus ob hanc cauſam non debet habere nimiam familiaritatem cum domeſticis, neq. cum conſanguineis, ne contemnatur. diſt. 34. in ſumma, & c. 1.

8 Sextò, quòd Epiſcopus quando vacat ſpiritualibus omnia alia negotia abijciat, etiam ſi eſſent tractanda cum Regibus. Leuitic. 22. habetur quòd Pontifex indutus ſacris veſtibus caput ſuum non diſcoperiat. Exemplum memorabile præſtitit Sanctus Ludgerus Epiſcopus: hic dum die quadam diuinum officium perſolueret, ter vocatus à Carolo Imperatore recuſauit ire, donec officium abſoluiſſet, cui deinde aduenienti Imperator dixit; cur ad eius Imperium venire contempſiſſet? at ille vultu intrepido reſpondit: Ego Imperator tuum præceptum ſemper in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deũ vbique tibi præferendum eſſe cenſerem, quare Deo prius debitum exſoluere, quàm tibi curaui. Qua reſponſione audita Rex: Gratias, inquit, tibi ago Epiſcope, quia, qualem te eſſe credidi, ſemper talem tè nunc eſſe expertus ſum; nam aliqui dixerunt te in contemptum meum hoc feciſſe, quos tanquam tuæ ſanctitati inuidos minus deinceps gratos habebo, & nullius de cetero contra te accuſationem auditurum, me Deo volente repromitto, tù vt hactenus feciſti, ſemper Dei operare voluntatem, & ſimul nobis deuotus, & fidelis pro noſtro Imperio orare memento. Vnde Laurentius Surius ſic inquit: O quàm imitabile vel in Sacerdote Sacerdotibus, vel in Rege regibus exemplum. diſcant in Sacerdote Sacerdotes, Regibus

honorem

honorem deferre non cedere, diſcant illis ita obſequi, vt diuinum ſeruitium non negligant, diſcant Reges in Rege nemini ſuum officium exequenti iraſci, nec Sacerdotibus præcepta Dei ſeruantibus contraire, Sacerdotes liberè de teſtimonijs Dei in conſpectu Regum loquantur,& nō confundantur; Regibus in cauſa Dei libertas placeat Sacerdotum. Hanc grauitatem in diuinis officijs ſummopere colebat Beatus Carolus Borromeus.

9 Sed quæritur, An debeat Epiſcopus permittere vt Sacerdotes in eius domo coram ſe non ſtent ſed ſedeant tex. in c. Epiſcopus 95. diſt. Obligat Epiſcopum ad concedendam ſeſſionem, ſed praxis plurimorum Epiſcoporum huius tempeſtatis eſt in contrarium, allegant quòd ſubditi deinceps contemnunt Epiſcopum, & diminuitur grauitas. Dicerem nulli dubium eſſe hominum improbitatem nimium hoc ſæculo adoleuiſſe, vt plerique Clerici honorem illis ab Epiſcopis impenſum in dominium conuertant, & parui faciant de cætero Epiſcopum, quare arbitror Epiſcopum teneri cohoneſtare Presbyteros aliquos virtutibus ornatos, præſertim ſenes ob caniciei venerationem, eiſque poterit ſedem aſſignare, alijs vero non. Nec obſtat d. c. Epiſcopus. Nam procedit, vt honorentur Sacerdotes ſalua grauitate Epiſcopi, & ſine iactura Pontificalis dignitatis, aliter contineret abſurdum, & ego huius rei periculum feci, & ita ſe habere comperi.

Aliud eſt dubium, An poſſit Epiſcopus ſine detrimento grauitatis ſubditos Sacerdotes in eius menſa excipere? & idem arbitror, quod in præcedenti caſu, conſiderata qualitate perſonarum: non tamen prætereamus, quid olim, & hodie aliqui Epiſcopi ſeruauerint, Auguſtinus, Thomas Cantuarien. Beatus Carolus Borromeus ad eandem menſam cum Sacerdotibus, & Clericis domeſticis accumbebant, id ipſum hodie ſeruant Illuſtriſſimi, & per quam ſapientiſſimi, quorum fama vbique magnificè perſonat, Cardinalis Baronius, & Bellarminius Archiepiſcopus Capuanus.

10 Ex hoc diffluit alia quæſtio de velarijs, alijſque paramentis in domo habendis, ac vaſis aureis, & argenteis, & ſi conſiderentur

derentur verba textus in c. Epiſcopus vilem. diſt. 41. ab huiuſmodi profectò abſtinendum eſſet: dicit enim; Epiſcopus vilem ſuppellectilem, pauperem victum, & menſam habeat: Idē paucis mutatis habetur in Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 25. de reformat. Sanè res argenteæ, & aureæ non dicuntur viles, ſed pretioſæ, nec pauperes vtuntur velarijs in domibus. Conferunt aliorum exempla. S. Auguſtinus ſolum coclearibus argenteis vtebatur, cætera vaſa mēſæ erant teſtea vel lignea, aut marmorea. S. Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus idem ſeruabat quoad ſe, & vix ad aliorum preces vaſis argenteis vtebatur pro exteris. Beatus Carolus Boromeus ſupellectili ſua pretioſiſſima planeque Regia ſe ſpoliauit diſtribuens Eccleſijs, & pauperibus velaria, lectorum conopæa, periſtromata, vmbracula, etiam adiecit, quæ ſolent amplitudinis cauſa in aulis haberi, inſtrumenta, vaſaque argentea, & ſtatuas, nec domum pictam habere voluit, quamuis quondam in parietibus vſus fuerit ſimplicibus velarijs ex paramento lineo ſine textili pictura: Id ipſum noſtra tempeſtate, ſeruat Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Paulus Sfondratus S. R. E. Cardinalis, tit. Sanctæ Ciciliæ cunctarum virtutum exemplar, præſertim humilitatis, abſtinentiæ, diuini cultus: eleemoſynæ, & hoſpitalitatis erga exteros, vt ego expertus fui, ij planè, & plerique alij conſiderantes dignitatis decorem in fide, & vitæ meritis conſiſtere, hæc omnia ex animo auerſati ſunt, potiſſimè, quia grauitatem vitæ ſanctitate, doctrina, alijſque rationibus continebant: non tamen increpandi erunt Epiſcopi, qui ne vilipendantur, honeſtis paramentis modeſtè vtuntur.

11 Sed non diſſonabit à grauitate aliqua iucunda verba animi gratia pronuntiare, vt ſeruabat S. Martinus, qui crebrò ea proferre ſolebat, non ſine fructu aliorum. Die quadam videns ouem tonſam dixit comitibus: Hoc animal adimpleuit præceptum Euangelicum, nam habens duas veſtes, vnam non habenti dedit, ſic nos facere deberemus. S. Thomas iucunda verba ſæpe proferebat. S. Ambroſius erat hilaris facie, ridebat, & gaudebat cum gaudentibus, & flebat cum flentibus.

12 Nunc aliqua dicamus de grauitate ſimul cum affabilitate

in au-

in audientia ſeruandis, idque exemplis impenſius dilucidabimus. S. Chryſoſtomus erat grauis, & affabilis, & libentiſſime audiebat ad ſe accurrentes. S. Ambroſij in negotijs obeundis, ac præſertim in hominum quærelis, & conſultationibus audiendis ſumma fuit humanitas, & patientia, facillimus ad eum aditus, etiam infimis, nullus ingredi à ianitoribus vetabatur, omnes ad ſe venientes benignè excipiebat; immodeſtos, aut inſolentes homines ſi qui adirent, æquo animo ita ferebat, vt neque increparet, neque abire iubebat, neque omnino quicquàm faceret, vnde perturbatus videretur, ſed tantum quod iuſtum eſſet reſpondebat, aut etiam modeſtè monebat. Tempore peſtis mirabilis fuit Caroli manſuetudo, vt quilibet ex infimis hominibus liberè eum alloqueretur, eius ſe præcibus domumque ſuam commendaret, & tamquam patri, quæ ſibi opus eſſent, quæque vellet familiariter exponerent. Prædicta aſtruit memorabilis ſententia S. Ignatij. Epiſcopum non tam ſui ipſius eſſe quàm aliorum, refert Damaſcenus in paralell. lib. 2. c. 26.

13 Ad grauitatem quoque pertinet, vt Epiſcopus in locis inſignibus commoretur, vnde Canones ſtatuerunt Epiſcopatum non eſſe conſtituendum in modicis ciuitatibus, ne vileſcat auctoritas Pontificalis c. Epiſcopi. diſt. 80. Nec non quòd Epiſcopi teneantur reſidere in Ciuitate. c. Epiſcopus. de conſ. diſt. 3. in gloſ. niſi neceſſitas aut vtilitas aliud ſuadeat.

14 De grauitate in vultu præclarum exemplum præſtitit. S. Cyprianus Epiſcopus: habebat enim ſemper vultum hilarem, ſed grauem, vt non internoſceretur, an potius eſſet amandus, vel timendus, quamuis vtrumq. mereretur. Dicit S. Gregorius ſuper illis verbis Iob. c. 31. Si quando ridebam ad eos, non credebant. Quòd Prælatus debet procurare vt ametur & timeatur, & pro tempore ſic ſe grauē exhibeat, vt non reddat odioſum, ſic hilarem, vt non faciat vilem. In Iob, non fuit riſus diſſolutus & propter maturitatem præcedentem quando ridebat non credebant. Quòd ſuperior debet eſſe in vultu hilaris, habetur Prouer. c. 28. Aufer impietatem de vultu regis & firmabitur iuſtitia, & thronus. Dicit Gloſa, quòd hi, qui præ-

ſunt

ſunt, ſemper hilaritate & gratia vultum plenum exhibeant.

15 De grauitate in inceſſu illuſtre exemplum præbuit S. Ambroſius, qui noluit ordinibus inſignire duos iuuenes, ex quo in inceſſu leuiter ſe habebant. His igitur paucis ad hoc caput pro noſtrarum virium modulo collectis, vt illi coronidem imponamus. Exoramus Reuerendiſſimos Antiſtites cominiſci debere, in vultu, in inceſſu, in verbis grauitatem retinere, non tamen affabilitatem ablegare; enimvero plerique decipiuntur, qui vel auſteritate odio habentur, vel nimia affabilitate contemnuntur.

SVMMARIVM.

1 *Oratio Epiſcopo neceſſaria.*
2 *Miſſa ab Epiſcopo poteſt celebrari ante auroram.*
3 *Epiſcopus debet communicare cum Deo negotia ſua.*
4 *Exempla Sanctorum Epiſcoporum, qui orationis ſtudioſiſſimi fuerunt.*
5 *Epiſcopi aliqui oratione Clerum reformauerunt.*

CAPITVLVM. XI.

De oratione Epiſcopi.

1 ORatio, & Miſſæ ſacrificium debent eſſe peculiare refugium Epiſcopi, ad eam inducunt.

Primò, Hieron. in Epiſt. 1. ad Titum dicit Epiſcopum debere quotidie pro ſuis populique peccatis illibatas Deo victimas offerre.

2 Secundo, dicit tex. in c. fin. de Priuilegijs in 6. quòd Epiſcopus ſingulis diebus vel celebret, vel audiat miſſam, & poteſt eam celebrare ante auroram ex priuilegio. Gloſ. in d. c. fin. Hoſt. & alij in c. 1. de celebrat. Miſſ. Nauarr. in c. 25. num. 85.

Tertiò. vt Epiſcopus ſit aptior orationi, debet habere domum prope Eccleſiam c. Epiſcopus. diſt. 41.

Quartò

Quartò, Bernardus ad Eugen.lib.1.c.3.inquit: Si quod viuis,& quod ſapis,totum das actioni,conſiderationi nihil, laudo te, in hoc non laudo, & quid me vis facere,inquis? facilius Cathedræ valedicere poſſe; rectè diceres, ſi rumpere,& non magis interrumpere hortarer, ſi totus vis eſſe omnium,& omnes te habent, eſto etiam tu ex habentibus vnus. Vocat etiam Bernardus occupationes Curiæ maledictas c. 2.

3 Quintò, debet Epiſcopus communicare cum Deo omnia negotia exemplo Moyſis, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum referebat, vt ſecundum eius Imperium iudicaret, ita dicit Innoc. 4. in c. cum æterni. de ſent. & re iudic. in 6. Si enim ad negotia bene gerenda iuuat conſilium alicuius periti conſiliarij, qui interdum magno pretio conduci ſolet, quis magnus, & ſapientior conſiliarius, quàm Deus ipſe? quis non videt nullam poſſe eſſe tantam hominis prudentiam, quæ non ſæpe aberret, niſi à Deo rogatur. Et Bernard. de conſider. lib.4. cap. 6. dicit de omni re orationi plus fidendum,quàm ſuæ induſtriæ vel labori.

Sextò,dicit S. Thomas, quòd Epiſcopus ob ſarcinam paſtoralem non debet deſerere delectationem contemplationis 2. 2. q. 135. art. 2. poterit tamen eam poſtponere quandoque pro lucro animarum c. In ſcripturis 8. q. 1.

Septimò, dicit Dionyſius de regim. Epiſcoporum art. 44. Chriſtus dicit; Sine me nihil poteſtis facere. & Apoſtolus. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid boni ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, & reuerſus: Deus eſt qui operatur in nobis, velle perficere & operari. Cum ergo homo non valeat ſeipſum regere abſque auxilio Dei, multo minus poterit alios gubernare, & acceptos Deo facere. & in Pſal. Niſi Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vndè Salomon petit à Deo ſapientiam pro regimine populi 3. Reg c. 3.

4 Octauò, exempla Sanctorum ſunt innumera; Rogat populus Samuelem vt oret pro eis ad Deum, Reſpondit Samuel: Abſit à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Et nota, quòd populus

pulus ſpreuerat Samuelem & voluerat Regem. lib. 1. Regum. cap. 12. & Coloſ. 1. Non ceſſamus pro vobis orantes, nam & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum. Legitur de S. Hugone Epiſcopo Gratianopolitano, quòd factus Epiſcopus cum inueniſſet Clerum miro modo collapſum, ita quod Sacerdotes ducebant vxores publicè in facie Eccleſiæ, videns ſuis viribus non poſſe illos reformare, ad Deum confugit, die, ac nocte inuocans eum, proſtratus in terram non parcens ſibi in laboribus, ieiunijs, diſciplinis, lacrymis, & vigilijs, & intra breue tempus mirabilem fructum fecit in populo, & Clerum magnifice reformauit. Idem legitur de S. Lupo Epiſcopo Senenſi, qui ſuis orationibus induxit Clerum ad continentiam. Et Prouerb. 11. Benedictione iuſtorum exaltabitur Ciuitas, ideſt oratione. Gloſ. Sic toto ſpatio vitæ Iudith, quæ vacabat orationi, non fuit, qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis. Iudith. 18.

Sanctus Ambroſius maiorem partem noctis orationibus inſumebat, & mira ſuis precibus fuit aſſecutus, nonnullos ad fidem conuertit, pluribus infirmis ſanitatem impetrauit, alios ab immundis ſpiritibus liberauit. Sic S. Martinus ſuis orationibus mirabilia operatus fuit.

Sanctus Baſilius Epiſcopus Cæſarien. adeo fuit in oratione aſſiduus, vt aliquando ab occaſu ſolis vſque ad ortum continuò oraret, ſemel ſuis, & ſuorum præcibus clauſas Eccleſiæ Nicænæ ianuas reſerauit, fruſtra hoc orantibus Arrianis, & oratione ſaluauit Ciuitatem ſuam à Iuliano Apoſtata. De Moyſe, Ioſue, & alijs in Sacra ſcriptura clarum eſt.

Sanctus Iuuenalis Epiſcopus oratione hoſtes à Ciuitatis obſidione fugauit.

5 S. Malachias Epiſcopus, cuius vitam ſcribit Bernardus inter alia eius opera precipuè oratione Eccleſiam reformauit.

Arnulphus Epiſcopus Turonenſis videns animam cuiuſdam defuncti à Dæmonibus deferri ad inferos, humiliter deprecatus eſt Deũ, vt illius animæ miſereretur, & ſtatim anima fuit vnita corpori, vt pœnitentiam ageret.

Anſelmus Epiſcopus ſola oratione liberauit quemdam morientem

Digitized by Google

rientem valdè territum, & contriſtatum à viſione duorum rapaciſſimorum luporum, qui poſt orationem Epiſcopi aufugerunt, videntes flammas ignis exire ab ore Epiſcopi orantis, vt idem infirmus poſtea confeſſus fuit, refert Marcus Marulus.

Albinus Epiſcopus Andegauenſis, cùm non potuiſſet obtinere liberationem quorũdam carceratorum à Iudice, incepit amariſſimè flere & orare Deum pro illis, & ſtatim paries ex ſe aperitur, & omnes carcerati diſceſſerunt. Similiter legitur de Magnibriono Epiſcopo Turonenſi, qui cùm non poſſet impetrare liberationem carceratorum à Iudice, ad orationem confugit, & ſtatim portæ carcerum apertæ ſunt, compedes confracti, & carcerati diſceſſerunt.

Lupus Epiſcopus Trecaſſinen. ſola oratione compeſcuit furorem Attilæ eius ciuitatem cum exercitu aggredientis, qui per eam tranſiuit tamquam per ſolitudinem, in qua nemo habitaret, & nil nocuit. Et quidnam Sancti Epiſcopi orationibus non ſunt aſſecuti?

Sed alijs prætermiſſis noſter modernus Carolus Borromeus Deum orandi, diuinaque meditandi ſtudioſiſſimus fuit, noctes ipſas precando conſumebat, bis in anno in ſolitaria loca, vt contemplationi vacaret, ſecedebat, à rebus nouis nunciandis vel audiendis abhorrebat, nè à contemplatione diſtraheretur, dum iter agebat, niſi interim quis eſſet audiendus, vel cum aliquo eſſet colloquendum, in rebus diuinis ſemper animum defigebat, atque ita rapiebatur, vt penè ſenſuum intermitterentur officia: dum noctu iter denſiſſimis tenebris faceret, & in foueas quaſdam delapſus eſſet, mula ſuper eum iacente comitibus viſus eſt, ita permanſiſſe in meditatione ſua, vt nè de exitu quidem cogitaret, donec comites accenſis facibus eum nihil querentem, aut dicentem extraherent, interdum ita mula offendebat, vt procumberet, ipſe vero niſi corrueret, penitus nihil plerùmque animaduertebat.

Bernardus ſuper Cantica ſerm. 76. Boni Paſtores, inquit, dormientibus ſubditis peruigilant tanquam rationem reddituri pro animabus eorum, pernoctant in oratione, hoſtium vigilias ſagaciter explorant, anticipant conſilia malignantium,

D deprehen-

deprehendunt laqueos, cor ſuum tradunt ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illos, cognoſcentes ſuam inſufficientiam in cuſtodienda ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam quoties teneatur celebrare Epiſcopus.*
2 *Miſſam Epiſcopus debet frequenter celebrare.*
3 *Exempla Sanctorum qui raro miſſæ ſacrum quotidie facere omittebant.*
4 *Iob cunctis diebus offerebat ſacrificia pro filijs ſuis, ne peccarent.*

CAPITVLVM. XII.

De obligatione Epiſcopi celebrandi miſſam.

1 PRimò quæritur, quoties Epiſcopus teneatur celebrare Miſſam? & videtur quod non pluſquam alij Sacerdotes, ſaltē quater in anno in præcipuis feſtis, in quibus populus ſolet communicare. S.Tho.in 3.par.q. 82. Siluester in verb. Miſſa.2.c.dolentes, de celebrat. Miſſæ. Secundò, quia in c. fin. de priuilegijs in 6. ponitur conſiliū, quod Epiſcopus ſingulis diebus dicat, vel audiat Miſſam.
2 Tertiò non videtur obſtare quòd Parochi tenentur ſingulis feſtis celebrare, & tam frequenter quòd muneri ſuo ſatisfaciant. Conc. Trid. ſeſſ.23.de reformation. c.14. quia adeſt ratio ex quo populus tenetur illis diebus audire Miſſam. Nauar. c. 25. num. 135. & propter alia onera officij, vt latius dicemus in cap. A quibus eſt exemptus Epiſcopus. Præterea Conc. Trid. de modo viuendi in Concilio hortatur Epiſcopos ad celebrandum ſaltim omnibus Dominicis, & non aſtringit eos: nihilominus cenſeo Epiſcopos peccare, ſi frequenter data comoditate ac honeſtate ſeruata pro ſuis ouibus ſacrificium non offerant, quod probo.

Primò

Primò, nam Epiſcopus præcepto diuino tenetur ſacrificium offerre pro ouibus ſuis Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 23. de reformat. D. Paulus ad Hebræos. 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, vt offerat dona,& ſacrificia pro peccatis, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Sed præcepta affirmatiua licet non obligent ad ſemper, tamen obligant data opportunitate. D. Thomas. 2. 2. q. 33. art. 2. ergo Epiſcopus tenetur iuxta opportunitatem, & poſſibilitatem celebrare pro ouibus ſuis.

Secundò,quia Epiſcopus tenetur de leuiſſima culpa.Innoc. Abb.in c. ea quæ,de officio Archidiaconi, & dicemus in c.13. Et ſic tenetur adhibere exactiſſimam diligentiam tamquam quilibet diligentiſſimus paterfamilias. Doctores in l. quod Nerua ff. depoſiti.ſed quilibet diligentiſſimus Curatus,quinimo mediocriter diligens ſæpiſſimè celebraret pro ouibus ſuis,propter vtilitatem ſacrificij:dicit enim Auguſtinus, quòd homo homini maius donum donare non poteſt quàm Miſſam, & quantum ad remiſſionē pœnæ debitæ pro peccatis,& quantum ad liberationem à diuerſis malis, refert Silueſter in verbo Miſſa 1. §. 8.

Tertiò, ex Diuo Hieronymo loc.cit.qui expreſsè dicit Epiſcopum debere quotidie, pro ſuis, populique peccatis celebrare: quod intelligitur ſalua honeſtate.

Quartò, quia Epiſcopus eſt conſtitutus aduocatus apud Deum, & interceſſor pro peccatis populi, & ideo neceſſe eſt, vt aduocatum agat offerendo quicquid commodè poteſt pro fragilitate humana ſacrificando, orando, etiam ſi per alios id poſſet præſtare; & hoc argumento vtitur, quo ad omnes Curatos Petrus de Soto de officio animarum.

3 Quintò, exempla Sanctorum mouere debent, qui rariſſimè, & ex grauiſſima cauſa celebrare omittebant.

S. Caſſius Epiſcopus Narnien.teſte Greg.in Dialogis quotidie ſacrificabat, & per viſionem eſt illi diuinitus dictum; Age, quod agis, operare, quod operaris.

Sanctus Ambroſius ſingulis diebus celebrabat non præpro-

perè, ſed ſumma diligentia adhibita, magnaque cum animi præparatione, & præmeditatione ſanctiſſimi myſterij.

S. Thomas Cantuar. idem ſeruabat ſingulis diebus celebrans ad galli cantum. S. Ludouicus pariter celebrabat ſingulis diebus, & alij Sancti. Sed ex modernis Beatus Carolus Borromeus Miſſæ ſacrum facere quotidie nunquam omiſit, niſi morbi neceſſitate, eaque non quauis, ſed graui coactus eſſet, alioſque ad hanc conſuetudinem eius exemplo induxerat, vt cum fœmina quædam alium Epiſcopum alterius Sacerdotis Miſſæ frequenter intereſſe vidiſſet, percunctata fuerit, num ille Epiſcopus à celebratione Miſſæ eſſet interdictus.

4. Singulare exemplum præſtitit Iob, licet in figura, qui mane ſurgens cunctis diebus efferebat holocauſta pro filijs ſuis ne peccarent. Inſuper difficile eſt Epiſcopum negotiorum mole obſitum ſine Euchariſtiæ Sacramento poſſe rectè gubernare; dicit enim Cyprianus; Mens deficit quam accepta Euchariſtia non reficit.

Non obſtat tex. in c. fin. quia loquitur de ſingulis diebus anni, & non de frequenti celebratione, & nihilominus deſiderat, vt quando Epiſcopus non dicit Miſſam, audiat illam.

Neque obſtat quòd id per alios fieri poteſt, nam vltra quod præcepto diuino non ſatis fit, nec aduocati officio conſtat, quòd cum ipſe ſit conſtitutus Pontifex à Deo ad intercedendum pro populo eius preces particulares recitatæ in Miſſa magnam efficaciam habeant, exemplo Moyſis, qui dum perſonaliter orabat, populus vincebat. Et regula, poteſt quis per alium in 6. non procedit, quando negotium non poteſt ita benè per alium exemplari. Sic Epiſcopus poſſet facere alium reſidere pro ſe, aut mittere ad prædicandum, quod Conc. non permittit ſine cauſa propter maiorem vtilitatem, vt in c. 1. ſeſſ. 23. de reform. & c. 4. ſeſſ. 24. Neque obſtat Concilium de modo viuendi, quia vltra quod poteſt ratio aſſignari, cur in Concilio Epiſcopi non eſſent compellendi ad celebrandum ſingulis ſaltim Dominicis propter alias occupationes ſtudiorum, tamen non loquitur de Epiſcopo, qui per menſes, & longum tempus nollet celebrare. Ex his omnibus arbitror Epiſcopum

peccare,

peccare, qui ſine cauſa ſaltim bis, vel ter in menſe celebrare omittit; & ſi aliquis dicat ſupradicta magis de conſilio, quàm de præcepto concludere, negari non poteſt, ſaltim Epiſcopum rariſſimè celebrantem, præbere alijs ſuſpitionem malæ vitæ, quam euitare debet, ac mali exempli, aliis Sacerdotibus; quos neſcio qua fronte poterit hortari ad ſæpe celebrandum, ſi ipſe non celebrat.

SVMMARIVM.

1 *Abſtinentia in Epiſcopo multipliciter commendatur.*
2 *Peccat Epiſcopus excedens in victu & veſtitu.*
3 *Notabilia verba contra gulam.*
4 *Exempla abſtinentiæ Sanctorum Epiſcoporum.*
5 *Ieiunauit Moyſes propter peccata populi.*
6 *Detractiones in menſa quomodo vitabat Auguſtinus.*
7 *Conuiuia Sancti deteſtati ſunt.*
8 *Exempla veſtitus Sanctorum Epiſcoporum.*
9 *Domus Epiſcopi dicitur locus publicus*
10 *Exempla duo terribilia contra Prælatos excedentes in victu, & veſtitu.*

CAPITVLVM. XIII.

De abſtinentia Epiſcopi, veſtitu, & corporis caſtigatione.

1 ABſtinentia Epiſcopo per quàm neceſſaria eſt, ad eam inducunt.

Primò formidabilia verba tex. in c. Eccleſiæ Principes diſt. 35. Eccleſiæ Principes, qui delitijs affluunt, & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus ſermo deſcribit, quòd eijciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conuiuijs, & multo labore epulis conquiſitis, & ſi vis ſcire quò eijciendi ſunt propter malas cogitationes, & opera ſua (Euangelium

D 3 lege)

Digitized by Google

lege) in tenebras. ſ. exteriores, vbi erit fletus, & ſtridor dentium: An vero confuſio, & ignominia eſt Ieſum Crucifixum pauperem, & eſurientem fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre, ſi in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed etiam conuerſationem, & abſtinentiam. Hæc ſunt verba textus. & Hyeron. quæ continent opprobrium, in dignitatem, impudicitiam, & pœnas infernales Prælatorũ deditorum crapulæ; menſa enim Epiſcopi debet eſſe frugalis c. Epiſcopus. diſt. 41. Conc. Trid.

Secundò, dicit Thomas. 2. 2. q. 189. art. 4. Epiſcopis, & alijs Miniſtris Eccleſiæ, qui mente deuota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere, & Regibus qui per ſapientiam debent populum ſubditum gubernare, debere ſpecialiter ſobrietatem indici. Iob. c. 28. Non inuenitur ſapientia in terra ſuauiter viuentium, id eſt, in hominibus vacantibus epulis, & delitijs huius mundi.

2 Tertio, dicit Medina de Pænit. lib. 1. c. 16. §. 2. quòd Epiſcopus grauiter peccat, ſi excedit in victu, veſtitu, domo, & familia.

3 Quartò, notabilia ſunt verba Gloſæ ſuper Matth. 4. In pugna Chriſti, prius contra gulam agitur, quia niſi hæc refrænetur, fruſtrà contra alia vitia laboratur. Et alia Gloſ. ibidem dicit, quòd Diabolus victus de gula non tentat de libidine.

4 Quintò, mouent exempla Sanctorum: Diuus Paulus caſtigabat corpus ſuũ, & in ſeruitutem redigebat, ne fortè, dicens, cum alijs prædicauero ipſe reprobus efficiar. 1. Cor. 9. S. Ioannes Chryſoſt. vno tantum ferculo hordei quotidie veſcebatur, vllum amicum ſecum diſcumbere patiebatur, propter tempus quod in comedendo conſumi ſolet: dicebat enim medietatem vnius horæ ſufficere ad refectionem corporis: non comedebat carnes, nec bibebat vinum.

Baſilius contentus erat pane, & aqua.

Ambroſius ſingulis diebus ieiunabat, præterquam in Sabbato, & die Dominico, atque in natalitijs celeberrimorum Martyrum.

Augu-

Digitized by Google

Auguſtinus ſolum comedebat herbas,& legumina, bibebat vinum temperatè propter ſtomachum iux. Apoſtol.

Sanctus Thomas Cantuarien. nobiliſſimus, quamuis in initio ſui Epiſcopatus, delicatis cibis vteretur, & non ſemel Regem habuerit in eius menſa; quamuis de omnibus parciſſimè ſumeret; poſt Regis perſecutionem leguminibus tantum contentus erat, & pauperes ſecum diſcumbere faciebat quotidie. Quid de admirabili abſtinentia S. Nicolai Epiſcopi? Quid de S. Martino? Qui ſuis diſcipulis abſtinentiam à vino iniunxit? ac de innumeris alijs, quos numerare nimis longum eſſet. Et ex modernis Beatus Carolus Borromeus quotidianis pœnitentiæ incrementis, eò tandem peruenit, vt quotidie pane, & aqua ieiunaret,exceptis Dominicis,& feſtis diebus,in qua ſeueritate vſque ad extremum vitæ diem durauit. Immo paulo ante eius obitum etiam diebus feſtis ſe reſtrinxerat,comedens tantum legumina, olera, fructuſque arborum; cùm diſcumberet cum nobilibus hoſpitibus, nihilominus idem ſeruabat, ſed ita diſſimulanter, vt ſæpe non modo hoſpites, ſed ne familiares quidem plerique animaduerterent: cibum, ac potum ita ſumebat, vt nihil guſtare videretur, nec conquerebatur vnquam, ſi aliquid daretur quod nollet, ac ſecus factum, ac vellet: ad ea quæ in menſa legebantur attentus maxime fuit, vt exteros cum eo diſcumbentes ad eandem attentionem excitaret; cùm in Religioſis locis deuotionis cauſa degebat, vel ſolus vel vno Miniſtro contentus erat,nihilque ſibi præter cæteros volebat apponi. Non prætereamus, quod de Pio Secundo Pontifice legitur,mediocri cibo vti ſolitum eſſe,non lauto, non delicato, eoque ſemper fuiſſe contentum, quod apponeretur, quodcunque eſſet, vino vero parciſſimè vſum, & eo bene diluto. Hæc omnia ſaltem inducere debent Epiſcopum ad temperatè in cibo, & potu ſe habendum.

5 De ieiunio propter peccata populi ad auertendam irã Dei illuſtre exemplum præſtitit Moyſes,qui bis ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, non commedens panem, nec bibens aquam propter peccata populi, nè Deus deleret eos. Deuteron. c. 9.

Digitized by Google

6 Ad eandem temperantiam pertinet, vt in menſa nil indecorum dicatur, vel agatur, præſertim ne alijs detrahatur. S. Auguſtinus, qui cum Clericis diſcumbebat, & alios ad mēſam admittere ſolebat, hos verſus in pariete deſcribi fecit:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

Et cum die quadam aliqui Prælati in eius menſa incæpiſſent alijs detrahere, dixit Auguſtinus: Aut deleantur iſti verſus, aut ſermo mutetur, quando neutrum fiet, ego diſcedam à menſa.

7 Debet Epiſcopus cauere à conuiuijs, tamquam à peſte, c. multi. diſtin. 44. maxime in domibus Clericorum, quo nihil peius in Epiſcopo conſiderari poteſt propter contemptum, murmur, & ſcandalum; diſcurrendo tamen per diœceſim vrgente neceſſitate liceret. Exemplum præbent. S. Ioannes Chryſoſt. qui ad aliorum conuiuia nunquam vocatus acceſſit. Idem Auguſt. ſeruabat vt in eius patria ad aliorum menſas non accumberet, rationem ipſe afferebat, nè temperantiæ modum amitteret. Dicunt aliqui quòd videtur inhumanus Epiſcopus qui non vult aliorum conuiuijs intereſſe, conſideret ipſe poſt conuiuium quot ſentit incendia carnis, cum Diuus Hyeronimus poſt tot ieiunia, & ſtudia non eſſet liber ab illis. ad tollendum vero ſcandalum, & ex alijs iuſtis cauſis liceret Epiſcopo; hæc enim generaliter intelliguntur.

8 Iam vero de veſtibus aliqua exempla afferamus, nam Epiſcopus excedens in veſtitu peccat. Med. de pœnit. lib. 1. cap. 16. §. 1.

Sanctus Nicolaus cum Epiſcopus creatus eſſet, cæpit vti veſte viliori, & neglectiori, quàm antea ſoleret, in qua nullus omnino eſſet nitor, aut faſtus. ſed caſtigatæ potius humilitatis, & modeſtiæ ſignificatio.

S. Auguſtini veſtis, calciamenta, & lectualia, ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum; quoniam dicebat plerumque homines his vel iactare ſe inſolenter, vel abijcere.

9 Beatus Carolus nullum ſericum veſtimentum deferebat, veſtibus externis vtebatur quidem, vt Cardinalis, interioribus

vero

vero ex ſimplici panno, & tela, & cubicularis amictus erat ex panno cinericio rudi, & craſſo; quam veſtem quattuordecim annis nunquam mutauit,& ſuam veſtem vocabat, nec ſuorum opera in exeundo vel veſtiendo corpus vtebatur; Roccheto lineo ſemper domi indutus erat,ad perſonæ dignitatem ſeruandam: dicebat enim domicilium ſuum eſſe locum publicum, ſuoſque ita volebat, vt in publico verſari. Quid plura? innumeri Sancti vltra parcitatem in victu, & veſtitu, alias ſeueritates circa corpus exercebant. S. Martinus dormiebat ſuper nudam terram, innumeri Sancti deferebant cilicia, adhibebant ſæpe flagella: Beati Caroli ſtratum erat paleæ ſaccus, & ſæpe ſuper nudis tabulis lecti cubabat, in ſomno parciſſimus fuit, cilicium quoque deferebat; in regione valde frigida,neque die, neque nocte igne calefiebat, in anguſto loco in ſuis ſedibus conſiſtebat, nullas corporis recreationes admittebat, foris cùm neceſſariæ occupationis gratia moraretur, incommoda eligebat loca, neque dolens vnquàm, neque aliquod leuamentum quærens, ſi aquæ vel horti eſſent, nec aſpiciebat, nec ambulabat per ea loca, vt omnes eius miſererentur conditionem.

10 Refert Cyrillus in Epiſtola ad Auguſtinum de miraculis Diui Hyeronimi, quendam Cardinalem defunctum, dum exequiæ celebrarentur in Eccleſia coram Summo Pontifice, Clero, & populo, emiſſis vlulatibus, & crebris gemitibus à feretro ſurrexiſſe, cunctis ſtupentibus, ac velut amentibus effectis, cumq. à Romano Pontifice interrogaretur quid eſſet? Reſpondit, dum ſtarem diuino examini iudicandus,etiam per veſtiũ, & ciborum nimiam ſuperfluitatem tartareis cruciatibus condemnarer, D. Hyeronimus, cuius deuotus fueram, flexis genibus impetrauit à Iudice animam meam corpori iungi, vt pœnitentiam agerem, & ita factum eſt. Idem Cyrillus refert Epiſcopum quendam Anconitanum ob ſuperfluitatem veſtium,& ciborum ad infernum condemnatum fuiſſe. Sed de his ſatis cum innumeræ ſint hiſtoriæ, quæ ad ſatietatem lectorem explere poſſunt, concludimus tamen ſatis eſſe ſi Epiſcopi viuant iuxta præſcriptum Sacri Conc. Trid. in c. 1. ſeſſ. 25. de reform.

nempe

nempe vt modeſta ſuppellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint, & in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueāt, nè quid appareat, quod à Sancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum, præſeferat.

SVMMARIVM.

1 *Humilitas Epiſcopi commendatur.*
2 *Humilitas ſplendidior gemma in ornatu Pontificis.*
3 *Exempla Sanctorum Epiſcoporum circa humilitatem.*
4 *Epiſcopus non debet tractare Clericos vt vaſallos, aut more ſeruili.*
5 *Epiſcopus non debet gloriari in dignitate.*
6 *Inanis gloria eſt peſtilentiſſimum Epiſcopi virus.*

CAPITVLVM. XIIII.

De humilitate Epiſcopi & inani gloria fugienda.

1 HVmilitas in Epiſcopo ſummopere commendatur.

Primò, exemplum præbet Ieſus Chriſtus, cuius vices gerit Epiſcopus, qui inter alia humilitatis exempla, cum eſſet Dominus, & magiſter, lauit pedes diſcipulorum; eiſdem Epiſcopos repreſentantibus, intendens dare exemplum: quin etiam illis dixit: Reges gentium dominantur, vos autem non ſic. Et D. Petrus: Non dominantes in Clero, ſed forma facti gregis cap. eſto. diſt. 95. & Ioannis 8. Ego autem non quæro gloriam meam.

2 Secundò, de humilitate Epiſcopi dicitur, quòd humilitas, eſt ſplendidior gemma in ornatu Pontificis c. contra morem diſt. 100. Bernardus de conſi. lib. 2. c. 6.

3 Tertiò, exempla Sanctorum, accendere debent Epiſcopum.

Baſilius

Baſilius magnus leproſos oſculabatur, eiſque proprijs manibus alimenta præbebat.

S. Martini humilitas fuit magna, nàm peregrinorum pedes lauabat, & quàmuis poſt Epiſcopatum mortuum reſuſcitaſſet, aliaſque præclaras actiones egiſſet, ob eius profundam humilitatẽ dicebat, quòd melior erat ante Epiſcopatũ quàm poſt.

Sanctus Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus filius Regis ſolitus fuit quotidie alere vigintiquinque pauperes in eius domo, quorum manibus lauandis aquam ipſe fundebat flexis genibus, præſcindebat panem, & in ſabbato tribus illorum miſerrimis lauabat pedes, & extergebat proprijs manibus.

Sanctus Thomas Cantuarien. ſingulis diebus tredecim pauperibus miniſtrabat victum proprijs manibus, & lauabat aliquando pedes.

Beatus Carolus Borromeus, pariter peregrinorum pedes lauabat: idem eius exemplo excitati quamplures optimates faciebant, atque ita innumeri alij Epiſcopi obſeruauerunt.

4 Ex quibus ſequitur quòd erubeſcere debeant Epiſcopi, ſi qui eſſent, qui Clericos vocant vaſſallos, vnde Abbas in c. 1. de exceſſ. Prælat. dicit Epiſcopum non debere tractare Clericos vt vaſſallos, ſed vt fratres d. cap. eſto. Nec poſſet Epiſcopus compellere Clericos ad ſeruiendum ſibi more ſeruili cap. Placuit 10. q. 3.

5 Pariter non debet Epiſcopus gloriari in dignitate, quam accepit ad ædificationem, non ad deſtructionẽ, vt in eius conſecratione dicitur, & tradit Bernard. ad Eugenium lib. 2. c. 5. Et Gregorius: Mercenarius, quippe eſt, qui impenſa ſibi ab hominibus reuerentia lætatur, ſed conſiderans oneris grauitatem, in timore, & tremore viuere cum Apoſtolo debet: memorabilia ſunt verba Bernardi ad Eugen. d. lib. 2. c. 8. Glorieris in teſtimonio conſcientiæ, ſed non minus, vt eodem ipſo humilieris, rara vox; nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, ſi ſummum te putas, qui ſummus Pontifex infimus es, non enim dignitates ſunt virtutes. Ita planè de Epiſcopo dici poteſt, non quia Epiſcopus ideo perfectus, ſed quia Epiſcopus ad perfectionem tendere debet, & idcirco

in timore viuere.

6 De inani gloria ab Epiſcopo vitanda, memoranda cenſui verba Chryſoſtomi egregie de ea loquentis. de Sacerdot.lib. 6. inquit enim: Inter fluctus Epiſcopi animum concutientes, omnium peſtilentiſſimus eſt inanis gloria, ex ea enim prouenit, quòd Epiſcopus frequẽter excandeſcit in minime noxios; delectatur ex miniſterio ineptè, atque indecenter ab alijs miniſtrato, & dolet ſi cui proſperè muneris ſui functio ceſſerit; ex ea fluunt laudum appetentia; honoris deſiderium, doctrinæ voluptatem, non vtilitatem captans, illiberales adulationes; palpationes minime generoſe diuitum cultus, nulla ratione impenſi, gratiarum, munerumque largitiones damnosè periculum parientes tàm largientibus quàm accipientibus, timor ſeruilis, ac non niſi peſſimis quibuſque mancipijs conueniens, increpandi procul reiecta facultas, & vt verum dicatur contra inopes, increpatio modum nullum ſeruans: at contra eos qui potentia aliqua præditi ſunt, ne diducere quidam labia quiſquam audet; tales Epiſcopi in tantam ſeruitutem rediguntur, vt plerumque dùm mulieribus placere, atque obſecundare ſtudent, neceſſario committant quæ nec eloqui quidem honeſtum eſt. Hæc & alia Chryſoſt. quæ Epiſcopi animum ab inani gloria diuertere prorſus deberent, iſta vero humilitas debet cum grauitate temperari, ne contemptibilis reddatur Epiſcopus.

SVMMARIVM.

1 *Ira ſedulo ab Epiſcopo vitanda.*
2 *Iracundiæ refrænatio vtilis eſt ad continentiam.*
3 *Exempla Sanctorum Epiſcoporum circa deteſtationem iræ.*

CAPI-

CAPITVLVM. XV.

De ira ab Epiſcopo fugienda.

1 VLtra Apoſtolum dicentem Epiſcopum non debere eſſe iracundum, ſic loquitur Chryſoſt. de Sacerd. lib. 3. Epiſcopus debet iram fugere, nihil enim ſic ingenij perſpicuitatem, nihil ſic mentis aciem hebetat, vt ira; nullum ordinem ſeruans quaſi in nocturna pugna obtenebratus animi oculus, non internoſcit amicos ab aduerſarijs, nec nobiles ab ignobilibus, ſic Epiſcopus iracundus. Et in ſermone de manſuetudine inquit: Qui facile in iram erumpit, ridiculus apparebit, ſi quando exaſperatos alios placare attentet. Vnde Prouer. c. 19. habetur. Doctrina viri per patientiam noſcitur. ſic veritas Apoſtolorum & aliorum doctorum Eccleſiæ apparebat per eorum patientiã, quia non reformidabant mori pro ipſo, & ſufferre quaslibet aduerſitates. Et Prouer. c. 14. dicitur: Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia, qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. & alia pleraque mala ponunt, quæ ex ira oriuntur. Chryſoſt. loco cit. Et Epiſcopus Perald. in ſum. vitiorum & vir. De ira.

2 Ioannes Caſſianus de ſpiritu iræ & collat. 12. de caſtitate c. 6. inquit, refrænationem iræ extinguere ardorem fornicationis, & apprimè conferre ad continentiam.

3 Exempla Sanctorum rem patefaciunt.

Sanctus Martinus nunquam fuit viſus iraſci ob quamlibet cauſam, nec ridere diſſolutè.

Sanctus Antoninus pariter nunquam à ſuis domeſticis fuit viſus iraſci.

Beatus Ioannes de Tuſignano, non iraſcebatur ob quamlibet offenſam.

Beatus Carolus Borromeus contra iram fortiter dimicabat, cum ſe maximè ſtimulari ira ſentiret, tenebat ſe ſe, & comprimebat nè vllum verbum efferret, donec motus ille reſediſſet:

ſolebat

ſolebat autem interea anulum verſare, quem digito gerebat: quod cum aduertiſſent domeſtici, hoc ipſum erat eis inditio, quod vim ſibi faceret iuxta illud Prophetæ: Turbatus ſum, & non ſum locutus. Et alij innumeri Sancti, ſtrenuè contra iram decertarunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia Epiſcopi commendatur.*
2 *Fatuus dicitur Epiſcopus, qui omnibus vult parcere.*
3 *Iuſtitia Epiſcopi, differt à Iuſtitia Laicorum, & in quo.*
4 *Peccat mortaliter Epiſcopus non corrigens ſubditos.*
5 *Ex non correctione ſubditorum infamatur Eccleſia, & ipſe Epiſcopus qui ſolet decedere morte repentina, et alia mala oriūtur.*
6 *Exempla Sanctorum, qui peccatores debitis pœnis affecerunt.*
7 *Iuſtitiæ adminiſtratio facit timeri Epiſcopum.*
8 *Compoſitio non debet fieri niſi in leuibus delictis.*
9 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſine cauſa in delictis, & ſi diſpenſat ſucceſſor poteſt venire contra.*
10 *Iuſtitia an ſit exercenda quando eſt timor, ne punitus efficiatur deterior.*
11 *Munera quæ poteſt accipere Epiſcopus.*
12 *Exempla Prælatorum, qui munera renuerunt.*

CAPITVLVM. XVI.

De Iuſtitia Epiſcopi.

1 NOn ſunt laudandi Epiſcopi, qui omnibus delinquentibus parcere volunt, ſed grauiter arguendi, quia tenentur facere iuſtitiam, ſine qua non poteſt regi reſpublica c. ſana 24.q.1. Ex Auguſtino; ad eam inducunt.

2 Primò, inquit Chryſoſt. homilia 46. ſuper c. 23. Matth. quòd miſericordia ſine iuſtitia non eſt miſericordia, ſed fatuitas, & dicitur iniqua miſeratio, ſicut iuſtitia ſine miſericordia non eſt iuſtitia, ſed crudelitas c. eſt iniuſta 23.q.4.

23. q. 4. & c. ſed illud diſt. 45. fatuus itaque vocabitur Epiſcopus qui omnibus intendit parcere. & Prouer. c. 20. Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Gloſa exponit: Multi vocantur miſericordes, quia dimittunt vitia impunita, ſed in veritate ſunt puſillanimes, ſed fideles in correctione vitiorum pauci ſunt, & c. 21. Facere miſericordiam & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ id eſt, facere opera miſericordiæ egenis, & iuſtitiam oppreſſis. & c. 24. habetur: Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum, ideſt amicitia vel alia cauſa declinare à iuſtitia.

2 Secundò, inquit Gregorius: Qui non corrigit reſecanda, committit, & facientis culpam habet, qui poteſt corrigere, ſi negligit emendare c. error. cap. conſentire diſt. 83. & Bernard. de conſid. lib. 2. c. 12. Non eris innocens, ſi aut punias eum, cui forte parcendum eſſet, aut parcas ei, qui fuerat puniendus: & Iudex reum puniendo reddit bonum pro malo cap. ex differentia 23. q. 3.

3 Tertiò, Hier. in Epiſtola 1. ad Tit. dicit: Inter iuſtitiam Epiſcopi, & Laici hoc intereſſe; quod Laicus poteſt apparere iuſtus in paucis, Epiſcopus vero in tot exercere iuſtitiam debet, quod & ſubditos habet.

4 Quartò correctio Clericorum dicitur proprium munus Epiſcopi. Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 14. de reform. Archidiac. in cap. non eſt Canonice, de conſuetud. in 6. quæ ſi deſeratur, Epiſcopus peccabit mortaliter. Omnes in Clem. vnica de off. ordin. In qua id diſtrictè præcipitur, & Epiſcopus debet deponi c. ſi quis Epiſcopus diſt. 33.

5 Et ſolet à Deo puniri etiam pœna temporaliter, & morte violenta, exemplo Heli Sacerdotis, qui licet in ſe eſſet bonus, tamen quia filios ſuos non correxit, morte violenta interijt. c. licet Heli, de Simonia. Vbi hoc notat Abbas, infamatur ipſe Epiſcopus c. Si fama. 2. q. 5. Infamatur Eccleſia, dicta Clem. vnic. deſcendit ira Dei in populum. Si Epiſcopus timens peccatorum linguas, illos non corripit, d. c. Sed illud, diſt. 45. oriuntur grauia ſcandala, datur alijs materia delinquendi, ex non punitione, dicta Clem. vnica.

6 Quintò,

6 Quinto, exempla Sanctorum mouere debent. S. Ioannes Chryſoſt. ardenter amabat perſonas deuotas, maxime Sacerdotes, illos autem, qui non viuebant iuxta conſtitutiones Eccleſiaſticas cũ rigore puniebat, quos ab Eccleſijs eijciebat, & aliquando excõmunicabat, ob id odio habebatur à pluribus dicentibus eſſe virum terribilem, & implacabilem.

S. Cyprianus Epiſcopus, erat pijſſimus cum humilibus, & cum ſuperbis auſterus.

S. Ludouicus Epiſcopus acriter delicta puniebat. S. Thomæ Cantuar. zelus Iuſtitiæ fuit maximus, vt nulli quantacumque dignitate is præditus eſſet, parceret, ſi quid contra Iuſtitiam attentaſſet: & omnes Epiſcopi Sancti iuſtitiam exercuerunt.

7 Epiſcopus adminiſtrans Iuſtitiam timetur à populo; dicit enim ſcriptura de Salomone lib. 3. Reg. c. 3. quòd cum feciſſet iudicium inter illas mulieres de filio, hoc audiens populus, timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe cum eo ad faciendum iudicium, & tempore Salomonis vnuſquiſque habitabat ſine timore ſub vite ſua & ficu ſua. c.4. ſic iuſtus Epiſcopus conſeruat pacem: idem Salomon in principio ſui regiminis purgauit ciuitatem malis hominibus d. lib. 3, c. 2.

8 Ex prædictis infertur valde ingemiſcendum eſſe, ſi Epiſcopus audiens delicta Clericorum, quod Deus auertat, arrigeret aures, an poſſet lucrari aliquid nõ puniendo delicta: quid prius conſiderari poſſet, non eſſet aliud iux. Turrecrem. in d. cap. ſi quis Epiſcopus, quàm accipere pecuniam pro offenſis Dei, & damnatione animarum.

Secundò, infertur compoſitionem non debere fieri niſi in delictis leuibus iuxta Gloſ. in c. Si primates 5. q. 2. per quam dicit Paulus conſ. 348. vol. 2. quòd Epiſcopus delinqueret pœnam depoſitionis in pecuniarum traſmutando, & hoc caſu peccare dicit Bertacch. de Epiſc. lib. 4. par. 4. q. 28. addens Epiſcopum ſine cauſa hoc facere non poſſe ex Innoc. in c. diuerſis fallacijs, de Cler. coniug.

9 In quo loco dicit diſpenſationem Epiſcopi in delictis ſine cauſa non valere, & ſucceſſorem poſſe venire contrà, & dicunt Paulus, & Bertacch. loco citato, quòd Epiſcopus poteſt venire

contra

contra compoſitionem factam cum Vicario ſuo de pœna depoſitionis in pecuniariam commutata, & quòd ſi Epiſcopus concedit licentiam Vicario componendi, intelligitur de delictis leuibus, in quibus pœna eſt arbitraria, non in grauibus, in quibus pœna eſt à iure taxata:& dicit Hoſt. in ſumma de offic. Ordin.quòd Epiſcopus cauere debet à frequentibus pœnis pecuniarijs, quia non ſunt res quæ delinquunt, ſed perſonæ, & ideo ipſæ ſunt puniendæ: inter alios Clerici, qui ſub prætextu Clericatus deferunt arma, & committunt delicta, ſunt acrius cæteris puniendi d.Clem.vnica de officio ord.Eſt etiam menti tenendum quòd quando Clerici committunt plura homicidia,vel aliquod delictum ſcandaloſum,pro quo ſecundum Canon. non poteſt Epiſcopus illos tradere Curiæ ſæculari, debet referre delicta Summo Pontifici iuxta c.maiores de Baptiſmo, qui ſolet mandare,quòd Clericus tradatur Curiæ ſæculari, & ſic conſulitur rei publicæ.

10 Sed quæritur, an Iuſtitia ſit adminiſtranda contra iniquos, ſi ſit timor quòd punitus efficiatur deterior? & dicendum eſt quòd ſic, quia ſi incorrigibilis ſit, prouidetur bono communi dum ſeruatur ordo Iuſtitiæ,& vnius exemplo alij deterrentur, Ita S. Thom. 2. 2. q.33. art.6. qui limitat in correctione fraterna, quæ non debet fieri quando efficeretur deterior: Idem Archid. in c. ſi peccauerit 2. q. 1. ſi tamen Clericus non poſſet puniri ſine ſcandalo,erit ſuperſedendũ c. per tuas,de ſimonia. Felin.in c. nihil,de præſcriptione:& diximus ſupra c.5.

11 Iuſtitiam ſubuertere ſolent munera iuxta illud 1. Regum 8. de filijs Samuelis. Declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera,peruerterunt Iuſtitiam.

12 Memorabile exemplum refert Bernard. de conſider. lib. 4. c.8. quòd ſuis oculis conſpexit; Epiſcopus quidam Carnotenſis qui legationem in partibus Aquitaniæ, per plures annos proprijs ſumptibus ſtrenuè adminiſtrauerat, cùm à quodam presbytero præſentatus fuiſſet illi piſcis, quem vulgo vocant ſturgionem, percunctatus fuit quanti emerit; non accipio, inquit, niſi receperis pretium: & reſignauit ſolidos quinque inuito,& verecundo. Eidem Epiſcopo domina cuiuſdam oppidi

obtulit pro deuotione,cum manutergio duas vel tres paropſides pulchras, ligneas tamen, quas aliquandiù intuens homo ſcrupuloſæ conſcientiæ, laudauit eas, ſed non acquieuit accipere; quando argenteas accepiſſet,qui ligneas refutauit? Idem Bernardus ibidem refert,aliud ſingulare exemplum de quodã Cardinali Presbytero Martino qui aliquando legatione functus in Datia, tàm pauper remeauit,vt penè expenſis,& equis deficientibus vix perueniret Florentiam, vbi Epiſcopus loci donauit ei equum, quo Piſas perueɛtus eſt: poſt triduum ſequutus Epiſcopus Martinũ,eius fauorem requiſiuit: erat enim illi cauſa cum aduerſario, & agendi aderat dies, fiducia erat maior in illo, qui non poſſet immemor eſſe recepti beneficij. Tunc Martinus; decepiſti me (inquit) neſciebam tibi imminere negotium, tolle equum tuum, ecce in ſtabulo eſt; & eadem hora illi reſignauit. Hæc exempla valde admiratur, & laudat Bernardus loc. cit. Beatus Carolus Borromeus poma tantum, aut eiuſmodi munuſcula ſolebat accipere eaq. ferè à Religioſis viris. In hac materia latè à Doctoribus pertractata, traditur illa pulchra regula legis, ſolent.ff.de officio Proconſ.quod nihil accipere nimis durum eſt, ſicut paſſim accipere viliſſimum eſt. Ab inquiſitis aliquid accipere deteſtabile Epiſcopis videtur, necnon cum apparet dona quorumcunque eò tendere,vt animum deliniant, eòque inclinent, quò non decet,ſunt conſtantiſſimè repudianda, etiam ſi auri montes offerantur.

SVMMARIVM.

1 *Clementia in Epiſcopo valde commendatur.*
2 *Sententia debet ferri cum charitate.*
3 *Epiſcopus nimium ſeuerus ſolet incidere in peiora peccata.*
4 *Ambroſius quomodo corripiebat peccatores.*
5 *Epiſcopus non ſit facilis ad carcerandum, vel citandũ Clericos.*
6 *Accuſatio grauat opinionem hominis.*

CAPI-

CAPITVLVM. XVII.

De clementia Epiſcopi.

1 IVſtitiæ Epiſcopi debet eſſe vnita clementia, aliàs dicitur crudelitas, vt diximus in c. præcedenti, ad hanc clementiam inducunt.

Primò, Diuus Paulus ad Galatas c. 6. ibi, Vos qui ſpirituales eſtis inſtruite in ſpiritu lenitatis. Gregorius inquit Epiſcopum punientem debere aſſimilari patri, qui filium flagellat, & tamen omnia bona ſua ei ſeruat, & eum heredem habere deſiderat.

In Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 13. de reform. habetur: Epiſcopum debere eſſe memorem ſe Paſtorem, non percuſſorem, & rigorē cum manſuetudine, iudicium cum miſericordia, ſeueritatem cum lenitate ſeruare debere: eſt enim proprium Prælatorum compati infirmitatibus aliorum c. quæ dignior 24. q. 1.

2 Notabilia ſunt verba textus in c. primo ſemper. 2. q. 1. Vbi Papa Melchiades dat modum ferendi ſententiam his verbis. Primò ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia, & charitate diffiniatis, neminem condemnetis ante verū, & iuſtum iudicium, nullum iudicetis ſuſpitionis arbitrio, ſed primum probate, & poſtea charitatiuam ſententiam proferte, & quòd vultis non vobis fieri, alteri facere nolite.

3 Inordinatus zelus ad emendandum ſubditum facit interdū cadere Prælatum in deterius peccatum c. non in perpetuū. 24. q. 3. Boni enim Paſtores ex ſua infirmitate, aliorum infirmitates penſantes magis per manſuetudinem ſtudent peccantes reuocare, quàm per auſteritatem c. recedite 45. diſt.

4 Ambroſius in milleloquio dicit Epiſcopum debere in iudicio magis declinare ad miſericordiam quàm ad rigorem: idem S. Ambroſius delicta aliorum omni diligentia ſecretè corripiebat, & frequēter ſequebatur emendatio partim eius exhortationibus, partim oratione, quos vero paterna, & Paſtoralis admonitio nō cohibebat, grauiori cēſura coercebat. De Moyſe

dicit ſcriptura, quòd erat vir mitiſſimus. Numer. c. 12. & c. 11. dixit Dominus Moyſi. Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iuraui patribus eorum. ex quo patet cum quanta benignitate debet Epiſcopus regere populum. Noui quendam Prælatum, qui in condemnatione, vel tortura ſemper aliquam partem pœnæ, vel tormenti reo condonabat; dicebat enim aliquam partem vel minimam eſſe Deo reſeruandam.

5 Sequitur ex prædictis quòd Epiſcopus non debet eſſe promptus ad carcerandum Clericos, niſi re maturè penſata, quia apud graues perſonas carcer infamat, Paulus, Iaſon. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Quomodo autem debeat procedere diximus in praxi. c. 33. nec ſit facilis ad citandum Clericos pro leui inditio, nam inquiſitio nocet Clericis quo ad promotionem c. Omnipotens Deus, de accuſat.

6 Quin etiam hominis opinio ſola accuſatione grauatur. Archid. in c. tantis diſt. 81.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſynarum largitio in Epiſcopo valde comendatur.*
2 *Eleemoſyna facit Epiſcopum populo carum.*
3 *Pauperes poſſunt clamare ad domum Epiſcopi; da nobis noſtra, ſcilicet reditus Eccleſiæ.*
4 *Epiſcopi eleemoſynarij magis abundant.*
5 *Epiſcopi nomen non meretur qui non eſt eleemoſynarius.*
6 *Epiſcopus qui non dat ſubſtantiam pro ouibus, quomodo dabit animam.*
7 *Ianuæ Epiſcopi omni tempore debent eſſe apertæ pauperibus.*
8 *Exempla S. Epiſcoporum eleemoſynariorum.*
9 *Pro ſuſtentatione pauperum Eccleſia iubet vendi ſacra vaſa.*

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM. XVIII.

De eleemoſyna Epiſcopi.

1 LArgitio eleemoſynarum inter præcipuas virtutes Epiſcopi relucere debet, ad eam inducunt.

2 Primò, quòd nihil eſt quod populi gratiã, & charitatem Epiſcopo magis comparare poſſit, quàm eleemoſynarum liberalis diſpenſatio, & parit ſanctitatis opinionem in populo, qui vtilitatis ſuæ ſtudioſus non alios putat eſſe bonos quàm beneficos.

3 Secundò, dicit Gregorius Epiſt. 21. lib. 2. Pauperes poſſe vociferari ad valuas domus Epiſcopi, immo vſque ad ſecretum cubiculum dicentes: da nobis noſtra, alioquin contra te vociferabimur rerum tuæ diſpenſationi commiſſarum dicentes, Domine non vult dare nobis, quæ illi vt nobis daret, dediſti. Non enim Epiſcopus eſt Dominus, ſed diſpenſator bonorum Eccleſiæ, quæ iuxta. S. Vrbanum ſunt patrimonia pauperum, & pretia peccatorum. & dicit Chryſoſt. de Sacerd. lib. 3. quòd Epiſcopus debet diuitijs abundare ob multas eelemoſynas, quas hoſpitibus ægris, viduis, pauperibus dare debet. & Ezechiel. c. 34. dicitur. Væ Paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos nõ nè greges à Paſtoribus paſcuntur, lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, ecce ego ipſe ſuper Paſtores requiram gregem de manu eorum, & ceſſare eos faciam, vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant Paſtores amplius ſemetipſos: nota pœnam contrà tales Paſtores.

4 Tertiò, quia Epiſcopi eleemoſynarij magis abundant temporalibus, vltra meritum vitæ æternæ. 42. diſt. in ſum. ex Diuo Hyer. idem dicit Ambroſ. & de experientia teſtatur de officijs lib. 2. c. 16. legitur de S. Ioanne Eleemoſynario, qui iuſſit dari pauperi quindecim aureos, œconomus id nimium eſſe arbitratus dedit quinque; eodem die nobilis quædam matrona obtulit Sancto in vſum Eccleſiæ quingentos aureos, quos ille

accipiẽs dixit: Dic mihi domina, an ſolos quingentos dare vo luiſti? Reſpondit illa, verè mi Domine volebam mille, & quingentos dare & ita in carta ſcripſiſſe putabam, aperiens autem hodie cartam vt iuxta illam pecunias acciperem, inueni tantum quingentos ſcriptos, & ideo nec plus attuli, neſciens qua Dei prouidentia numerus imminutus fuerit: conuerſus Sanctus Ioannes ad œconomũ dixit: Ecce tua auaritia mille nobis aureos perdidit, Apud Surium.

S. Germano Epiſcopo Antiſſiodorenſi occurrunt in via pauperes petentes eleemoſynam, conſulit ille Diaconum, quantum eſſet in ſumptibus? Reſpondit tres tantum aureos eſſe, quos ſtatim Epiſcopus præcipit erogari. Ad hæc Diaconus; vnde victuri hodie ſumus? Reſpondit ille: paſcet Deus pauperes ſuos, tu quod habes præſta pauperibus. Diaconus duos ærogat reſeruat vnum, dùmque agerent iter cæptum veniunt poſt eos equites à quodam ſpectabili viro miſſi, qui ducentorum ſolidorum munus obtulerunt Epiſcopo, conuerſus Epiſcopus ad Diaconum ait; Accipe quæ traduntur, ſcias te fraudem feciſſe pauperibus, nàm ſi totum quod dedi indigentibus contuliſſes, remunerator noſter trecentos hodie rediddiſſet. Apud Surium legimus in Scriptura Sacra de Elia, cui dixit Deus, vt eat in torrentem, nam præcepi coruis, vt paſcant, te, & poſtea miſit eum in Sareptam dicens; præcepi mulieri viduæ, vt paſcat te. 3. Reg. c. 17. hinc patet prouidentia Dei circa Epiſcopos ſuo munere fungentes, & Chriſtus quando miſit eos ſine ſacculo.

5 Quartò, non meretur nomen Epiſcopi qui non eſt eleemoſynarius c. fratrem, diſt. 88. & gloria eſt Epiſcopi pauperum inopiæ prouidere c. gloria. 12. q. 2.

6 Et dicit notabiliter Gregorius, quòd Epiſcopus qui non dat ſubſtantiam ſuam pauperibus, quomodo dabit animã ſuã?

7 Quintò dicebat Chryſoſt. Ianuas Epiſcopi omni tempore debere eſſe apertas indigentibus, atque ita ſeruabat S. Cyprianus Epiſcopus, cum adhuc eſſet Sacerdos domum particularem pro indigentibus deſtinauerat, ad quam confugere poſſent.

8 Exempla Sanctorum ſunt innumera. S. Ambroſius omnia bona ſua tradidit pauperibus nihil ſibi retinens. S. Caſſianus Epiſcopus penè cuncta quæ habuit erogauit indigentibus. S. Nicolaus, quem exemplar miſericordiæ appellat D. Thomas in opuſc.de expoſit. Salutationis Angelicæ. S Paulinus.S. Ioannes eleemoſynarius ob ingentes eleemoſynas ſic cognominatus. S. Silueſter. S. Gregorius. S. Martinus. S. Ludouicus. S. Antoninus qui mutuo recipiebat pecuniam, vt pauperibns ſubueniret. Beatus Ioannes de Tuſſignano Epiſcopus Ferrarienſis, cùm aliquando aliud non haberet, pauperi petenti dedit partem veſtis,quam ſupra pectus deferebat. Beatus Carolus Borromeus, quidquid ſuo familiæque neceſſario ſumptui ſupererat, piè, ac religiosè donabat, præcipuè Sacerdotibus egentibus, & alij innumeri Epiſcopi fuerunt eleemoſynæ ardentes amatores.

9 Poſtremò quia Eccleſia adeo diligit ſubuentionem pauperum, vt pro illis vaſa ſacra vendi iubeat, & vocat Epiſcopum patrem pauperum diſt. 87. per totum. Hæc dicta ſint de eleemoſyna in genere, infra vero tractabimus, quando Epiſcopus peccet, & teneatur ad reſtitutionem non faciens eleemoſynam, & de qua parte poſſit diſponere ad libitum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi amor erga eius ſponſam.*
2 *Calliſtus tertius quid dicebat de mutatione Epiſcopatus.*
3 *Epiſcopus appetens alium Epiſcopatum ratione maiorum redituum peccat.*

CAPITVLVM. XIX.

De Epiſcopi amore erga eius ſponſam.

1 ETſi Epiſcopus, omnes ſupra relatas virtutes adeptus ſit, incaſſum laborabit, niſi taliter amet ſponſam ſuam, vt de ea die, ac nocte cogitet, ni ſtudeat, quàm ſponſæ decorem, & ornamentum. ſi enim amor diuidatur, quia aliam appetat propter auaritiam, vel ambitionem, aut ad alias occupationes conuertatur, nil proficiet. Vnde in c. ſicut vir. 7. q. 1. habetur quòd Epiſcopus debet Eccleſiam ſuam ſine intermiſſione docere, prudenter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem æternam conſequi poſſit, & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam ſuſcipere debet, eumque amare, & diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis.

2 Calliſtus tertius vt habetur apud Platinam, dum eſſet Epiſcopus Valentiæ noluit alias Eccleſias oblatas acceptare, dicens, quòd vna ſponſa, & quidem virgine contentus erat, hoc eſt Eccleſia Valentina, vt ius Pontificium mandat. Et hoc voluit ſignificare Paulus in illis verbis, vnius vxoris virum, quæ licet intelligantur, quòd Epiſcopus non ſit bigamus, tamen ſecundum alium ſenſum intelliguntur, quòd Epiſcopus vnam Eccleſiam eius ſponſam amet, & non alias quærat, & ideo datur illi anulus in conſecratione, ita Medina de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1.

3 Eſt etiam clarum quòd Epiſcopus cui reditus Epiſcopatus ſufficiunt pro honeſta ſubſtentatione, cuius aer eſt ſalubris, nec alia neceſſitas vrget, ſi deſiderat vel procurat habere alium Epiſcopatum propter illius bona temporalia, peccat, quia eſt manifeſte illicitum c. mutationes c. ſcias 7. q. 1. S. Thomas 2. 2. q. 188. art. 1. probat latè Nauar. de redit. Eccleſiar. q. 1. monit. 25. Epiſcopus etiam oues cognitas vtilius gubernare poterit quàm eas, quas nondum cognouit, nec ſcit quanto

tempore

Digitized by Google

tempore cognoſcet. Et experientia docet,quòd tales Epiſcopi auari, & ambitioſi cùm alium Epiſcopatum fuerint adepti innumeras aduerſitates patiuntur: & potius poſſunt vocari mercatores quàm Epiſcopi. Quod autem peccatum committant Medina loc. cit. putat eſſe mortale. Rodriguez in ſumma 2. parte cap. 10. dicit eſſe veniale. Quicquid ſit res eſt illicita, & non ſine ſcandalo, cùm Epiſcopus debeat eſſe exemplar perfectionis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet amare ſuos ſubditos illum perſequentes.*
2 *Epiſcopi ſunt miſſi ad procurandam ſalutem inimicis ſuis.*
3 *Epiſcopi propter ingratitudinem ſubditorum non debent deſerere eorum officium.*

CAPITVLVM. XX.

Epiſcopus debet amare ſubditos, licet illi ipſum perſequantur.

1 MEmor eſſe debet Epiſcopus ne à Dæmone tentetur ad non exequendum eius officium propter ingratitudinem, & perſecutionem ſubditorum: equidem tot, & tantæ erunt aſſiduæ perſecutiones, detractiones, & ingratitudines ſubditorum, Clericorum, Laicorum, Dominorum temporalium, domeſticorum, conſanguineorum,quòd niſi hanc tentationem parui fecerit; nunquam erit locus, fungendi recte officio ſuo, ad hoc inducere debent Epiſcopum.

Primò, S. Thomas in opuſc. 18. c. 16. dicit Epiſcopos inimicis, & perſequentibus, dilectionis vices rependere debere, quia ſunt loco Apoſtolorum, qui in medio perſecutorum, eorum ſalutem procurabant, Vnde Dominus Matt. 10. Ecce ego

mitto

Digitized by Google

mitto vos ſicut oues in medio luporum.& D.Paulus 1.ad Corinth. 4. Maledicimur, & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſubſtinemus. & dicit text. in c. fin. diſt. 47. conuitia perditorum, non debere mouere Epiſcopos à via recta.

2 Secundò, idem Paulus memorabile exemplum reliquit: nàm pro Iudæis qui ipſum lapidauerant, vt illos Chriſto lucrifaceret, anathema eſſe optauit ad Romanos. 9. ita Chryſoſt. de Sacerd. lib. 5. Moyſes orauit pro eius obtrectatoribus, & perſecutoribus Numer. c. 12. & 15.

3 Tertiò, Anacletus Papa in c. ſcimus diſt. 33. inquit, quòd Epiſcopus non debet ceſſare à prædicatione, & dilectione ſubditorum. quamuis illi ipſum perſequantur, quia beati qui perſecutionem patiuntur prapter Iuſtitiam.

Exempla aliorum Sanctorum ſunt manifeſta. S. Siluerius Papa agens exilium in Inſula Pontia, ſic ſcribit ad Amatorem Epiſcopum. Suſtentor pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, nec tamen dimiſi, aut dimitto officium meum: ſed exemplum Ieſum Chriſti ſufficit, qui illum interficientibus, vitam dabat, ac pro illis orabat. Beatus Carolus Borromeus inter multas acerbitates, quos illi Laici, & Eccleſiaſtici inferebant, non deſiſtebat nouas quærere ſalutaris vitæ progreſſiones, & in animarum curam ardentius incumbete. Plura exempla vide infra in cap. proximo.

Debent tamen ſubditi obedire Epiſcopis, vt cum gaudio, & non gementes officium ſuum exerceant, hoc enim non expedit ſubditis ad Hebreos. 13.

SVMMARIVM.

1 *Otium ſedulo ab Epiſcopo vitandum.*
2 *Ambroſius omni conatu otium declinabat.*
3 *Ludouicus Epiſcopus hortum colebat vt ocium fugeret.*
4 *Viſitationes infructuoſas debet auerſari Epiſcopus.*
5 *Epiſcopus dicitur Deus Clericorum.*
6 *Epiſcopus quando poſſit venari.*

7 Epiſco-

7 *Epiſcopus, non debet alere canes venaticos, ſed poſſet maſtinos. & braccbettos.*
8 *Epiſcopus an poſſit eſſe tutor.*
9 *Epiſcopus principaliter vacet diuinis.*

CAPITVLVM. XXI.

De otio ab Epiſcopo vitando, & alijs ſuperuacaneis occupationibus.

1 OTium, & voluptatem, quæ ſunt arma antiqui hoſtis ad miſeras animas captiuandas, deteſtari debere Epiſcopum, docet Innoc. tertius in c. niſi de renunt.& Bernardus ad Eugenium Fugienda, inquit, otioſitas mater nugarum nouercha virtutum, inter ſæculares nugæ ſunt, in ore Sacerdotis blaſphemiæ[1].

2 Sanctorum exempla pleraque ſunt, ſed pauca recolemus. Sancti Ambroſij in diuinis implendis talis erat labor, vt quòd ſolitus erat circa baptizandos ſolus implere, poſt eius mortem vix quinque Epiſcopi explerent, & in alijs negotijs obeundis, & conſultationibus, & querelis audiendis ſumma fuit eius patientia, vt nulli fores eſſent clauſæ etiam infimis hominibus. Idem eius exemplo ſeruabat B. Carolus Borromeus, qui diu noctuque occupabatur in ſcribendo, meditando, longiſſimas conſultationes adhibendo, viſitando, concionando, reſpondendo his qui conſulebant, vt nulla daretur temporis intercapedo ſine labore:& ſupra commemorauimus quàm acriter reprehenderit illum Epiſcopum, qui ei ſcripſerat ſibi parum eſſe negotij.

3 S. Ludouicus Epiſcopus, nè otio langueſceret, proprijs manibus hortum colebat, & tunc aliquid diuinum meditabatur, vt ideo dicatur, quòd nunquàm fuerit minus otioſus, quàm cùm eſſet otioſus. Omitto Chryſoſtomum, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Auguſtinum,& alios innumeros Sanctos, qui tanquàm peſtem otium deteſtati ſunt.

4 Huc

4 Huc pertinet vt Epiſcopus abominetur crebras, & inutiles viſitationes maximè Laicorũ, & infructuoſas collocutiones, vt docet Ambroſius lib. 2. offic. c. 20. Sancti Doctores arbitrantur lectionem librorum vtilium, & orationem eſſe meliorem occupationem ad vitandum otium.

5 Secundò, animaduertendum, quòd Epiſcopus dicitur Deus Clericorum. Innoc. tertius in cap. magnæ, de voto. & ideo tenetur arctius alijs Clericis ſeruare omnes Canones de vita, & honeſt. Cleric.

6 Tertiò, Epiſcopus non debet vacare venationibus c. Epiſcopum diſt. 34. ſed poſſet quandoq. cauſa recreationis. Archid. in c. qui venatoribus diſt. 36.

7 Quartò, Epiſcopus non debet alere canes venaticos, accipitres, vel falcones c. omnibus diſt. 34. Canes enim Epiſcopi ſunt pau peres, qui ingredi, & egredi debent ab eius domo, ex quibus ſe venaturum ſperet Regnum Cœlorum.

8 Quintò, non debet Epiſcopus ſe immiſcere negotijs ſæcularibus; & quamuis ſit dubium inter Doctores, an poſſit eſſe tutor, verior videtur opinio Bertac. quòd poſſit eſſe tutor volens, ita tradit in tract. de Epiſcopo. 1. parte 4. lib. per text. in c. peruenit. 86. diſt.

9 Poſtremò Epiſcopus principaliter vacare debet diuinis, & circà alia conſtituere probos officiales, vt dixit, Iethro Moyſi Exod. c. 18. & Paulus. 1. ad Corinth. c. 6. Sæcularia iudicia ſi habueritis contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.

SVMMARIVM.

1 *Familia Epiſcopi qualis eſſe debeat.*
2 *Sacerdotes domeſtici Epiſcopi, aut cæteris honeſtiores, aut fabula omnibus ſunt.*
3 *Epiſcopus non debet eſſe vltimus ad ſciendum vitia domus ſuæ.*
4 *Familia Epiſcopi ponitur in ſpeculum aliorum.*
5 *Pueri non debent morari in domo Epiſcopi.*

6 Fami-

6 *Familiares Epiſcopi, non debent eſſe multi, ſed ſufficientes, & vtiles.*
7 *Cubicularij Epiſcopi debent eſſe Clerici.*
8 *Epiſcopus debet remunerare familiares benemeritos.*
9 *Epiſcopus malefacit expellens familiares ſuorum prædeceſſorum qui fideliter ſeruierunt.*
10 *Epiſcopus debet habere ſecum Clericos boni teſtimonij.*
11 *Famuli Giezitæ ab Epiſcopo expellendi.*
12 *Epiſcopus non permittat, famulos tractare negotia.*
13 *Epiſcopus non debet habere nimiam familiaritatẽ cũ domeſticis.*
14 *Epiſcopus debet habere ſecum viros litteratos.*
15 *Epiſcopus expellat famulos adulatores.*
16 *Epiſcopus non debet eſſe nimis credulus, ad ea quæ de alijs audit.*
17 *Epiſcopus non oſtendat ſe habere maiorem familiaritatem cum vno famulo, quàm cum alijs.*
18 *Epiſcopus debet humaniter tractare famulos, & eis imperare.*
19 *Famuli S. Thomæ Cantuar. quibus rebus operam dabant.*
20 *Familia Caroli Borromei, quàm ſingulariter erat inſtituta.*

CAPITVLVM. XXII.

De familia Epiſcopi.

SI Epiſcopus domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiam gubernabit, inquit Apoſtolus, proinde circa familiam Epiſcopi aliqua adnotanda cenſui.

1 Primò, verba Bernardi ad Eug. lib. 4. c. 10. quæ omnibus Epiſcopis ſcribi poſſunt. Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, horum diſciplina cuſtos, Sacerdotes domeſtici aut cæteris honeſtiores, aut fabula omnibus ſunt, ament te domeſtici, ſi non facito vt te timeant, alius alia diſpenſet, de diſciplina tu prouide, illud nemini credas, pertinet ad te, vt hi, quos præ oculis habes quatenus totius honeſtatis, ac condecentie, ſpeculum ſint, & forma: non licet tibi, vt vitia domus tuæ vltimùm ſcias, ſi inſolentior ſermo coram te ſonuerit, ſi indecens habitus apparuerit, manus tua ſit ſuper huiuſmodi, tu vlciſcere iniuriam Dei, in vultu, in habitu, in inceſſu, illorum,

qui

qui tecum ſunt,nil reſidere impudicum,vel indecens patiaris.
2 Et Antoninus parte 3.tit.21.c.2.dicit peccare Prælatos, ſi non prouident vt familia ſit honeſta, non vacans compotationibus,non obſcœnitatibus,non rixis, aut inimicitijs.
3 Secundò, niſi Epiſcopus reformauerit familiam ſuam, non poterit alios corrigere. Archid. in c.1. de cen. in 6.Vnde Auguſt. & Ambroſius dicunt: domus Epiſcopi quaſi in ſpecula ponitur,& eſt magiſtra publicæ diſciplinæ,quicquid in ea agitur, id omnes putant ſibi licere, idcirco neceſſe eſt, vt ſuos domeſticos prius corripiat,tradit Dioniſ.Cartuſ.de Regim.Epiſ.
4 Quòd ſummopere notandum eſt, tùm propter ſcandalum aliorum, tùm etiam, quia vt experimento compertũ eſt,quàm plures Epiſcopi ſine eorum culpa non modica infamia notati ſunt, propter domeſticos prauos, qui concubinas eorum ducebant ad domum Epiſcopi, & alij ſugillabant Epiſcopum; aliqui Prælati ad hunc finem compellunt domeſticos ad frequentanda Sacramenta pluries in anno; quod in Clericis videtur honeſtum, ſed in Laicis aliquibus imperfectis,non videtur rationabile ipſos compellere propter periculum alicuius Sacrilegij, ſed hortari,& perſuadere,præterquam in Paſchate: dicitur etiam in c. peruenit 2. q. 7. quòd Epiſcopus perſeuerantes in peccato ſecum habere non debet.
5 Tertiò, non ſolum Epiſcopus familiaritatem fœminarum in eius domo deteſtari debet. Vnde Auguſt. nec cum propria ſorore habitare voluit, propter illas quæ ad eam accedebant, dicens: quæ cum ſorore mea ſunt, ſororis meæ non ſunt. c. legitur diſt. 81. Sed etiam pueros in eius domo habere non debet c. in omnibus. diſt.81. & Bernar. loc. cit. dicit: quòd Epiſcopus, nec comatulos pueros, comptoſque adoleſcentulos ſecum habeat, certè inter mitratos non decet diſcurrere calamiſtratos.
6 Quartò, non multos famulos debet habere Epiſcopus, ſed tantum neceſſarios iuxta temporum, & locorum qualitatem, nàm bona Epiſcopatus ſunt pauperibus eroganda, non otioſis,& ebrioſis: legitur de S. Antonino Archiepiſcopo Florentino,quòd plures quàm ſex eoſq.frugi,ac temperatos domi
non

non habuit, qui vix ſufficerent negotijs quibus erant præpoſiti, omni luxu in ſuo victu, & amictu, ac ſuorum reſecato; & dicit Medin. de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1. Quòd Epiſcopus grauiter peccat, qui excedit in domo, & familia. Hæc autem omnia moderanda ſunt arbitrio Epiſcopi iuxta quantitatem redituum, multitudinem negotiorum, indigentiam pauperum, & Eccleſiarum.

7 Quintò, Cubicularij Epiſcopi debent eſſe Clerici, cum Paſtoris vita, exemplum debeat eſſe diſcipulis. cap. cum Paſtoris. 2. q. 7.

8 Sextò, Epiſcopus debet probos familiares remunerare, nō tamen ordines conferre, vel beneficia loco remunerationis principaliter, quoniam peccaret. Hoſtien. de pœnit. in ſumma §. cui Epiſcopus, ſed liceret principaliter ob merita, ſecundariò ob gratitudinem. Nauar. c. 23. num. 102. Nec puto Epiſcopum peccare, qui non ſoluit ſalarium Clerico, cui contulit beneficium, quòd ſalarium Clericus ob gratitudinem, & antidoralem obligationem non petit, niſi euidenter indigeret, & præ verecundia non peteret.

9 Septimò, Epiſcopus non debet expellere illos, qui prædeceſſoribus ſuis fideliter ſeruierunt, & quod deterius eſt, remuneratione ſeruitij, quam receperunt, ſpoliare c. hæc huius. 12. q. 2. c. illud. 16. q. 6. peccaret enim iuxta Hoſtien. loc. cit.

10 Octauò, Epiſcopus debet habere ſecum Clericos boni teſtimonij, & probatæ fidei, in teſtimonium ſuæ vitæ irrepræhenſibilis c. Epiſcopus 2. q. 7.

11 Nonò, Epiſcopus debet expellere famulos Giezitos, & tales ſunt qui ab exteris munera recipiunt, exemplum Giezi, famuli Eliſei, qui contra eius voluntatem munera accepit à Naamam Syro, & ſtatim lepra ei adhæſit 4. Reg. 5. ita Bernard. de conſid. lib. 4. c. 6.

12 Proinde non permittat familiares tractare negotia, nec de eorum manibus recipiat memorialia, quia ſolent pecunia corrumpi, & ſubditi quandoque ſoluunt pecuniam famulis, pro illis, quæ ab Epiſcopo gratis reciperent, vt experientia docet.

13 Deci-

13 Decimò, cauere debet Epiſcopus à nimia familiaritate cum domeſticis, ne vilis & contemptibilis reddatur. diſt. 34. in ſum. & c. 1. Vbi Turrecremat. Sed grauitatem retineat, quod ſedulo ſeruabat Carolus Borromeus, vt inferius dicetur.

14 Vndecimò, debet Epiſcopus habere ſecum viros litteratos vt gloſ. in c. eſto diſt. 95. & cum illis conſuetudinem habere, exemplo Sanctorũ. Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus, cũ grauibus, & eruditis viris conuerſabatur, & in conſultorem habuit Iacobum Aboſa iuriſconſultum præſtantiſſimum, qui poſtea fuit Papa Ioannes 22. & Riccardum à Mediauilla Theologum præclariſſimum: id ipſum ſeruabat S. Martinus. Sancto Hugoni Epiſcopo Lincolinenſi ſuſcepto præſulatu, prima cura, & ſollicitudo ei fuit vt viros ſapientia, & ſcientia inſtructos, atque in timore Dei probatiſſimos ſuo lateri adhiberet; quorum conſilio, & auxilio fretus paſtorale munus per quàm ſtrenuè executus eſt, homines etiam quieti, & pudici ſpiritus impenſius amabat, nec alios ſuo gregi ſciens, & prudens præficere voluit, quantalibet induſtriæ, aut litteraturæ prærogatiua pollerent. Beatus Carolus Borromeus viros eruditos amauit, & in honore habuit, eoſque re, opera, commendatione, ad vitæ ſubſtentationem, ad ſtudiorum adiumentum, ad honoris amplificationem, iuuit liberaliter, & tales apud ſe habere ſtuduit. Conſultores Epiſcopi debent eſſe doctiſſimi, & probatiſſimi, iuxta illud Eccleſiaſtici. c. 6. Multi pacifici ſint tibi, ſed conſiliarius ſit tibi vnus de mille, id eſt, multi amici ſed pauci conſiliarij, & probati.

15 Duodecimò, Epiſcopus tamquàm peſtem fugiat adulatores, illoſque à domo expellat: dicit enim tex. in c. nihil, diſt. 83. nihil illo Paſtore miſerius, qui gloriatur luporum laudibus, quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari elegerit, erit ouibus magna pernicies, nullus igitur Paſtor, lupis, & ouibus placere poteſt: & ibi Turrecrem. enumerat plura mala quæ ex adulatione Prælatorum oriuntur. Antoninus etiam loc. cit. dicit Prælatos peccare, qui non curant vt familia adulationibus non vacet; dicit Salomon Prouer. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habebit impios

quod

Quod intelligit Gloſſa de Principe, qui delectatur adulatoribus.

16 Decimotertiò Epiſcopus, non debet eſſe nimis credulus, ad ea quæ de alijs familiaribus audit: nàm ſolent eorum aliqui, vt præ cæteris ab Epiſcopo amentur, referre falsò nonnulla de alijs. c. ſi quis verò diſt. 86. Extrauag. vnica, de pœnit. Bernard. de conſid. lib. 4. cap. 20. Ad Eugenium inquit, clandeſtinas denuntiationes aduerſus aliquem non eſſe recipiendas, & eſſe ſuſpectum illum, qui quod in aure loquitur, veretur palàm dicere: Sunt enim curiæ iniquitates notiſſimæ, vt diximus ſupra c. 5. Dicebat Pius ſecundus, quòd ſicut in mare omnia flumina, ſic omnia vitia in aulas magnas præſertim confluere ſolent. Et Bernard. Curia bonos facilius, magis recipere, quàm facere conſueuit, & è conuersò, peccat Epiſcopus occultos peccatores publicando, Hoſtien. in ſum. de off. Ord. §. ad quam pertinet.

17 Decimoquartò, Epiſcopus non oſtendat ſe habere maiorem familiaritatem cum vno famulo quàm cum alijs; quamtumuis probus, & fidelis fuerit: hoc enim in aulis, multorum malorum ſeminarium eſſe ſolet, inuidiæ, æmulationis, delationum, iurgiorum, ſermonum, qui non in eos modò, qui ſic amantur, ſed in ipſum Prælatum erumpunt, quoniam omnes indignè ferunt, vnum ſibi præferri, vt aduertit Hietonymus Platus vir apprimè eruditus de dignit. Card. c. 23.

18 Decimoquintò, debet Epiſcopus humaniter tractare famulos, & eis diſcrerè imperare: præclarum exemplum præſtitit Beatus Carolus Borromeus, qui licet, in ſe ipſum eſſet ſeuerus, tamen in famulos omnem moderationem tenebat; Ita quòd cùm nocte ad ſua ſtudia ſurgebat, ne cuiquàm oneroſus eſſet, ipſe manu ſua lumen accendebat ex lampade, quam ob hanc cauſam in ſuo cubiculo ardere perpetuò volebat.

19 Eſt etiam valdè honeſtum ac decens, vt familiares Epiſcopi otium vitent, & vacent vtilibus. Exemplum præſtitit S. Thomas Cantuar. cuius domeſtici omnes operam dabant literis, vt adeuntes eius domum, non audirent niſi colloquia de Sacra Theologia, & alijs ſcientijs, & hiſtorijs, ſaltim à minimis ſer-

uis. De Nabuchodonoſor Rege Idololatra, dicit Scriptura Daniel. c. 4. Quòd mandauit introduci in eius domum pueros eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina qui poſſent ſtare in palatio regis, & diſcerent litteras, & linguam Chaldæorum: multò magis id ſeruare debet Epiſcopus.

20 Poſtremò libet inſtituta familiæ Beati Caroli Borromei moderni Archiepiſcopi recenſere, ab omnibus ſanè laudanda, & imitanda.

Beatus Carolus domeſticos ſuos elegit Clericos, vel eos qui ad Clericatum eſſent propenſi, cum hominum probatæ fidei teſtimonio; veſtitũ Clericali, etiam qui Clerici non eſſent, omnes vti iuſſit prohibito ſerico, & ijs quæ proximè accedunt, homines nobilitate, ſcientia, vel ſpe aliqua inflatos non recipere ſolebat. Inſtituerat, vt familiares Sacerdotes quotidie Miſſam celebrarent, reliquis Sacramenta confeſſionis, & Euchariſtiæ, certa tempora eaque frequentia præſcripta erant, cuius rei teſtimonium vnuſquiſque afferebat, plerumque Carolus eos communicabat; Clerici, & alij minus occupati quotidie in ſacello officium Beatæ Mariæ recitabant, rudiores Doctrina Chriſtiana inſtruebantur, aderat etiam Magiſter Grammaticæ. Veſperi antequàm cubitum irent, conueniebant ad examen Conſcientiæ, & Sacræ aquæ aſperſionem à B. Carolo: cuius exempla imitati aliquando flagella ſibi adhibebant, ad impetrandam veniam peccatorũ, & Chriſti flagellationis memoriam renouandam: omnes ſimul cum eo in eodem loco accumbebant, more Regularium, vno legente librum ſalutarem, à quo munere vix ipſi Iudices, & Vicarij propter occupationes excuſabantur. Cibus conſtabat ex vno obſonio, & iurulento ferculo, cum pomorum, vel ſimili additamento altero ante, altero poſt reliquum cibum omnia vulgaria, nil delicatum aut exquiſitum: Omnes etiam Vicarij accumbebant, & cuiquàm priuatim in proprio cubiculo cibum ſumere interdictum erat: nullius facetias, leporeſuè admittebat vnquàm, ſemper erat ſermo de rebus ſerijs, quicquid otioſum eſſet, indignum Epiſcopo cenſebat: qui cum eo familiariter verſabantur, ijs nunquam aditum apertum eſſe

volebat

volebat ad remittendam eam quæ perſonæ debetur reuerentiam, quæ cum familiaritate ſæpe obſoleſcit: quod æquum decorumque putabat, & ad diſciplinam conſeruandam admodum vtile. Valetudinariam pro ægrotis domi conſtituit, quos ſæpe ipſe viſitabat, certo præfecto illi muneri inſtituto; quamuis magnus eſſet numerus domeſticorum propter plurimas occupationes, circiter centum, exibat plerumque paucis comitatus in Viſitatione diœceſis, ita minuit numerum familiarium, vt non amplius quàm duodecim, vnumque mulum clitellarium duxerit.

SVMMARIVM.

1 *Exercitium quotidianum Epiſcopi.*
2 *Epiſcopus debet deuotiſſimè recitare diuinum officium, & expedit vt illud diuidat.*
3 *Epiſcopi ſæpe celebrantes magis illuminantur à Deo ad regendum.*
4 *Epiſcopi audientia grata & benigna eſſe debet.*
5 *Epiſcopo poſt prandium licebit aliquantulum recreari.*
6 *Colloquia Epiſcopi qualia eſſe debeant.*
7 *Studia Epiſcopi præcipua circa regimen animarum.*
8 *Promiſſio Epiſcopi in conſecratione aliquando legenda ab Epiſcopo vel in eius menſa.*
9 *Menſa Epiſcopi debet benedici.*
10 *Epiſcopi non Regulares peccant non deferendo Rocchettum in publico.*
11 *Veſtitus Epiſcopi debet eſſe modeſtus, aliàs peccat.*

CAPITVLVM. XXIII.

De exercitio quotidiano Epiſcopi.

1 GAſpar Contarenus S.R.E.Cardinalis in tract. de officio Epiſcopi inſtruit Epiſcopum, quomodo ſe habere debeat ſingulis diebus: & requirit primò, quòd Epiſcopus recitet quotidie diuinum officium, magna in Deum animi attentione, & omni conatu nitatur, vt ea quæ verbis promit, intelligat, & quodam veluti animi guſtu, ſi fieri poſſit, attingat.

2 Quod comodius aſſequetur, ſi non totum diuinum officium ſimul dixerit, ſed per partes accommodatas horis diei, nam diuturnæ lectionis tædio mens affecta, potius faſtidio plerumque grauatur, ac deprimitur quàm ad ſublimiora tollatur, quod innuit Propheta in Pſal. Septies in die laudem dixi tibi: quamobrem vellet ipſe Cardinalis quòd Epiſcopus ante lucem ſurgeret è cubili, & matutini laudes caneret, nam illi horæ diei, hymni, ac preces matutini fuerunt accomodatæ, Propheta quoque dicit: Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi. & ſilentium nocturnum eſt aptum contemplationi, & iuxta Ariſtotelem in œconomicis, vigilia matutini prodeſt ſanitati,

Poſt matutini laudes cum aurora inſtat, Epiſcopus deberet vacare orationi mentali cum maxima humilitate. Nàm vt tradunt ſcripturæ: Qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria: ſi vero aliquando ſe ſenſerit ineptum orationi ad ſtudia ſe conferat, quæ vel ſint ſacrarum litterarum, vel altetius, quod ad ſacras litteras attineat.

3 Cum dies illuxerit Epiſcopus recitet Primam, & ſi voluerit Tertiã, & poſtea Miſſam celebret, vel ſaltim ab alio audiat; frequenter tñ ipſe celebrare debet, ne ſit Deo parũ gratus pro Sacerdotij dignitate, neuè intermiſſione tantę oblationis viuorũ, mortuo-

mortuorumque animas leuare ceſſet, vtque Dominicæ mortis memoriam colat, & tandem vt purgatiſſimũ animum habeat, & diuinam illuminationem recipiat: quod experientia compertum eſt in quibuſdam Epiſcopis, qui ex frequenti huius Sacramenti vſu abſtruſiſſima quæque ſcripturarum loca intelligebant, & efficaci prædicatione impellebant quemquàm ad ſuſcipiendos vitam, & mores Chriſtianos: nàm dicit Propheta in Pſal. Memoriam ſuauitatis tuæ eructabunt.

4 His peractis quæ ad diuinum cultum, & animi erectionem faciunt, tertia diei hora inſtante conferat ſe Epiſcopus ad eos excipiendos atque audiendos, qui ipſum, vel tamquam Iudicem, vel tamquam conſultorem, vel adiutorem adibunt, quibus ſe facilem benignumque præbeat, ita tamen, ne à grauitate recedat, & expediat ſtatim, quæ rectè poteſt, nec ab hoc munere ceſſet, quouſque omnes audierit, dimittat: verum quantum fieri poteſt omnes à ſe lætos, triſtem nullum: quòd ſi non poteſt, conetur ſaltim humana, lenique oratione mitigare eorum triſtitiam: poterit tamen aliquando virorum improborum ac peruicacium, quos ſi benigne tractes, magis exaſperes, contumaciam retundere, aſperis, grauibuſque verbis quibuſque parentes in filios, quos maxime amat, vti quandoque ſolent, & prædicta debet facere per ſe ipſum, & non per Vicarium, niſi fuerit infirmus, vel aliter occupatus.

Poſt peracta negotia iterum ad diuinas laudes reuertatur, & Sextam & Nonam dicat, & deindè ſi volet ad prandium ſe conferat, in quo ſordes non laudantur, ſed magnificus apparatus vaſorum, ciborum, miniſtrorumque copia, & nimia lautitia ſummè vituperatur. Nam quid magis alienum à natura rerum, quàm Paſtorem Chriſtiani gregis, cui vita Chriſti tamquam exemplar propoſita ſit, epulis emancipatum videri, & facientem illa quæ in alijs corrigere debet, & quid magis indecens quàm redditus Epiſcopatus, quos probi viri legarunt ad diuinum cultum augendum, & ad leuandum egentium inopiam in magnis cœnarum apparatibus, atque gulæ ingluuie profundi? erit ergo prandium Epiſcopi non ſordidum, parcum tamen, vt magis naturæ neceſſitati, quàm gulæ conſultum

F 3 videa-

videatur. Illo etiam tempore, ſeu maximæ parti diuina lectio adhibeatur, nàm erigitur animus, ne voluptate cibi præmatur, & cauetur nè fiat lapſus in ſcurriles iocos, quod interdum inter cœnandum accidere ſolet.

5 Poſt prandium licebit Epiſcopo honeſtè recreari aliquantulum cum familiaribus. dummodo recreatio in contumeliam alicuius, neque in obſcœnitatem labatur, ſcurrilitas ſummopere vitanda, in oratione grauitas ſeruanda, riſus immodicus cohibendus. aliquod muſicæ genus non repræhenditur, dummodo non ſit laſciuum: animi enim relaxatio illum alacriorem facit, ad negotia, & ad bonam valetudinem corporis deſeruit.

6 Poſtquàm id tempus honeſtis recreationibus impenſum fuerit, ad ſeria redeundum eſt, & ſi qua ſunt negotia expedienda; ſi vero tempus ſupererit conſuetudinibus amicorum, vel literarum ſtudijs impendendum eſt: colloquia vero cum amicis ſint de rebus Chriſtianis, aut de re aliqua, quæ ad bonos mores, vel ad ſtudia literarum pertineat, multa enim amicis eruditis, veluti ex viuis libris diſcimus.

Cùm dies inclinat in occaſum, dicendæ ſunt veſpertinæ laudes, & ſi voluerit Epiſcopus poteſt dicere Completorium; quòd ſi voluerit differre poſt cœnam cum cubile petiturus eſt, tempeſtiuè id faciet.

A veſperis vſque ad cœnam, niſi aliud obſtiterit, lectioni ac ſtudijs impendi debet: in cœna idem mos ſeruetur, qui in prandio, vt ſit parca, diuina lectio adhibeatur, vrbanitate concludatur, ac muſica ſi placebit; valde proderit ſi maiori abſtinentia cibi vtatur in cœna, quàm in prandio, nam ſomnus erit leuior, & alacrior Epiſcopus ad matutinam vigiliam, quorum vtrumque impedit ſtomacus nimio cibo grauatus. Hæc eſt vitæ ſeries, quam præfatus Cardinalis Epiſcopus ſeruandam proponit; non tamen arbitratur, vt nunquam Epiſcopus ab hoc exercitio deflectere poſſit, ſed vt plurimum id ſeruare debeat: nihil enim prohibet, ſi quando per aliquot dies rus acceſſerit recreandi animi cauſa, alium vitæ morem retineat; nàm fieri non poteſt, vt humanæ actiones in qualibet re certa, quadam regula concludantur, quin pro conditione tempo-

rum, perſonarum,& negotiorum mutentur.

Ex Cardinali Borromeo hæc adduntur.

7 Quòd Epiſcopus quando confert beneficium Miſſam celebret, idem videtur dicendum quando agit alia negotia ardua, exemplo Moyſis, Dauid, qui Dominum conſulebant; ſic Apoſtoli ante electionem Matthiæ,& prædicationem Deum orant. Acta. Apoſt. c. 1. & 4. quòd ſtudia Epiſcopi præcipua verſentur circa regimen populorum: ipſe enim Sacræ ſcripturæ, ac Sacrorum Canonum ſtudio vacabit, nihil amplius prætendens ex eo quàm ſalutem gregis. Edidit etiam aliquos libros ſalutares, & alios ab alijs ad communem ſalutem componi curauit, viros etiam eruditos apud ſe habere voluit, quos amauit, ac re, opera, commendatione ad vitæ ſuſtentationem, ad ſtudiorum adiumentum, ad honoris amplificationem iuuit liberaliter. De ſtudio Sacræ ſcripturæ habetur Ioſuæ primo, dixit ei Dominus: Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus: & Auguſtinus in ſerm. 34. ad fratres de eremo dicit, quòd ſcriptura Sacra eſt vacatio Epiſcoporum.

Quòd in audientia infimos homines audiat, & ante omnes expediat.

Quòd Laicalia conuiuia fugiat.

Quòd à nimia Laicorum familiaritate abſtineat.

8 Quòd annis ſingulis legi faciat in menſa promiſſionem Epiſcopi in eius conſecratione ex Concil. Oxomienſ. §. ſtatuimus, & nonnulla alia ponit in Concilijs Prouincialibus Eccleſiæ Mediolanen. quæ tamquam non valde hic neceſſaria omittimus.

9 Aliqui Epiſcopi ſaltem tempore Quadrageſimæ cum dies inclinat, recitent Litanias cum ſuis familiaribus. Hoſtien. de pœnit. §. cui Epiſcopus, dicit Epiſcopum peccare, qui in menſa non adhibet Sacram lectionem ex c. pro reuerentia diſt. 44. ſed Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 2. hortatur tantum Epiſcopos, menſa Epiſcopi debet benedici, & in fine gratiarum actio fieri, & prandium non debet fieri ante Tertiam c. non liceat diſt. 44. nec in eius menſa debēt fieri ludi, cantilenæ, plauſuſq; & riſus

inconditi, aut laruæ adeſſe ex c.nullus,de conſ.diſt.5.Bertach. de Epiſcopo 1. par. 4. lib. q. 6.

10 Dicit etiam Hoſt.vbi ſupra,quòd Epiſcopi qui non ſunt Regulares, peccant ſi non deferunt Rocchettum in publico, vel habent pallia diffibulata ex cap. Clerici, de vita & honeſtate Cleric.

11 Et in veſtitu debet eſſe modeſtus,& non debet excedere, aliàs peccat grauiter, Medina de pœnit. lib.1.c.16.§.1. & demum Epiſcopus in vitæ genere,& domo cauere debet,ne quid appareat, quod non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præſeferat Conc. Trid.c.1.ſeſſ.25.de reform.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quid quotidie facere debet ex Beata Virgine.*
2 *Epiſcopus contempletur quotidie paſſionem Chriſti,*
3 *Epiſcopus quando veſtitur de mane quid dicere poterit.*
4 *Menſa Epiſcopi dicitur inſipida ſine doctrina.*
5 *Epiſcopus deberet quotidie examinare conſcientiam ſuam.*

CAPITVLVM. XXIIII.

Alia inſtitutio quotidiana vitæ Chriſti.

1 Beatiſſima Virgo Maria dixit Beatæ Brigidæ in viſione cœleſti: Si Epiſcopus proponit ire per arctam viam ſalutis deponat primò graue pondus deprimens eum, id eſt, omnem mundi cupiditatem, & exteriora mundi bona habeat ſolum ad neceſſitatem vitæ præſentis, ſecundum humilem ſtatus ſui decentiam: ſecundò ſit præcinctus ad viam, quia tenetur eſſe præcinctus cingulo iuſtitiæ, & charitatis diuinæ, paratus ire per illam viam per quã iuit Chriſtus, qui dixit: Ego ſum Paſtor bonus qui pono animam meam pro ouibus meis; paratus ſit loqui veritatem in omnibus, & facere iuſtitiam in ſe ipſo, ac ſubditis, nec dimit-

tat iu-

tat iuſtitiam propter minas, aut opprobrium hominum, nec propter amicitiam falſam, aut vanum timorem: tunc venient iuſti ad eum, & ſequentur doctrinam ipſius, & opera: tertiò, comedat cum Helia bucellam panis, id eſt, Deum ſuper omnia diligat, quam bucellam inueniet ad caput ſuum. Quoniã ratio ſua docebit eum quòd ſit Deus ſuper omnia, & præ omnibus diligendus, propter creationem, & redemptionem, & propter ſuam bonitatem, & patientiam, quamdiu, & piè expectauit ipſius Epiſcopi emendationem.

2 Deinde Epiſcopus bibat modicum aquæ, id eſt amaritudinem paſſionis Ieſu Chriſti intimè cogitet, atque prima hora diei gratias agat Deo ex toto corde, ſolicitè recogitans actus ſuos, & petat gratioſum auxilium Dei ad faciendum voluntatem ipſius in omnibus.

3 Cum ſe verò induit, oret hoc modo: Cinis tenetur eſſe cum cinere, & terra cum terra, verumtamen quia ex prouidentia Dei Epiſcopus ſum, induo te corpus meum veſtibus quæ ex terra ſunt, non propter pulchritudinem, neque ſuperbiam, ſed propter decentiam, ne nuditas tua appareat, nec curo vtrum indumentum ſit melius, aut vilius, ſed tantum, vt ad reuerentiam Dei, Epiſcopalis habitus agnoſcatur, & ex habitu diſcernatur Epiſcopalis auctoritas ad informationem correctionemque aliorum. Ideo præcor te Deus pijſſime, da mihi in animo ſtabilitatem, ne extollar de exteriori ornatu, ſed in animo adorner omni virtute, vt decet Epiſcopum coram te. Deinde legat horas ſuas deuotè, atque diſtinctè; poſt celebrationem Miſſæ exerceat Epiſcopale officium, cauendo ſollicitè, ne plus attendat ad corporalia, quàm ad ſpiritualia.

4 Cum vero accedit ad menſam dicat: O Domine Ieſu Chriſte da mihi corpus meum ita reficere, vt non improbè contra animam inſoleſcat ex ciborum, & potuum ſuperfluitate, nec in obſequio tuo deficiat ex indiſcreta parcitate: In menſa autem permittitur Epiſcopo moderata conſolatio, & collocutio circumſpecta, in qua vitetur omnis ſcurrilitas, omniſque vanitas, ne tale verbum proferatur, quo aliquis incitetur ad peccandum, ſed omnia ſint ſalubria, & honeſta: quemadmodum,

enim

enim in menſa corporali deficientibus pane, & potu omnia extant inſipida; ſic in menſa Epiſcopi deficiente bona doctrina, & exhortatione omnia quæ apponuntur inſipida ſunt. Ideoque vt euitetur vanitatum occaſio, legatur, aut recitetur aliquid tale in menſa, quo ædificentur præſentes. completa refectione, & gratijs dictis, inquirat Epiſcopus de agendis, vel libros legat, ex quibus ad perfectionem virtutum trahatur, & omnes familiares, ac domeſticos ſuos alliciat verbis, & factis ad timorem Dei, vt ſit pater eorum per diuinam auctoritatẽ, & mater per ſpiritualem educationem. Si verò agnouerit aliquem illorum peccare mortaliter, nec ex ſua doctrina reſipiſcere à peccatis, remoueat illum à ſe, quem ſi retinuerit apud ſe propter commodum temporale, non erit immunis à peccatis illius.

5 Pergens verò ad lectum ſuum, examinet diligenter qualiter diem expenderit, & quomodo, atque in quibus rebus deliquerit, & dicet: O Domine Deus, da mihi per gratiam tuam, vt ex omni abundantia in ſuo ſeruitio non tepeſcam, ſed moderare ſomnum meum, & da mihi fortitudinem, vt Diabolus non inquietet me, nec abſtrahat me à pietate, & gratia. Surgens vero à lecto diluat confeſſione, ſi quas negligentias caro paſſa eſt, nec ſomnus noctis ſequentis oneretur delictis noctis præteritæ, Hæc refert Dionyſius de regim. Epiſcoporum artic. 22. multæ aliæ virtutes in Epiſcopo requiruntur, vt bona intentio ſemper exequendi præcepta diuina, & ea quæ ad ſalutem animarum pertinent, prædicatio, quòd ſemper loquatur vtilia, ſollicitudo, vigilantia, hoſpitalitas, & aliæ quæ copioſè recenſentur in Paſtorali Diui Gregorij, in Stimulo Paſtorum, atque alijs tractatibus; nobis vero ſatis viſum fuit, magis neceſſarias attingere, & de aliquibus earum deuenientes ad caſus particulares diffuſius infra tractabimus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi munus præcipuum quod ſit.*
2 *Epiſcopus dicitur ſpeculator, & ſuperintendens.*
3 *Cura animarum quid ſit.*

CAPITVLVM. XXV.

De præcipuo munere Epiſcopi.

1 NOn leuis eſt altercatio inter ſcribentes, quod ſit præcipuum munus Epiſcopi: aliqui dicunt eſſe prædicationem, quæ dicitur propriũ munus Epiſcoporum, Conc. Trid. c. 4. ſeſſ. 24. de reform. Alij dicunt eſſe correctionem morum ſubditorum, quod etiam dicitur proprium munus Epiſcoporum, Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 14. de Reformat. Doctores in Clem. vnicą de officio Ordinarij, Alij dicunt illud conſiſtere in aſſidua oratione, alij in celeri expeditione cauſarum, & negotiorum, alij in ædificandis Eccleſijs, & locis pijs, & alij in viſitandis infirmis, aut largitione eleemoſynarum, & alij in alijs. Cardinalis Palæottus in ſuo Archiepiſcopali tenet præcipuum munus eſſe illud, quod ex Epiſcopi nomine deſumitur, ſcilicet vigilantiam, & ſollicitudinem ſuper gregem ſibi commiſſum, vt ſaluetur, & non pereat.

2 Epiſcopus enim Græcè, Latinè dicitur ſuperintendens, & ſpeculator, qui præpoſitus Eccleſiæ ſpeculatur populorum mores, & vitam. c. Cleros 21. diſt. Vnde Apoſtolus ad Timot. Tu verò vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple. & ad Rom. 12. Qui præeſt, in ſollicitudine: & ad Hebræos 13. Obedite præpoſitis veſtris, ipſi enim peruigilant pro animabus veſtris: & ad Cor. 2. c. 11. Inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium Eccleſiarum: & Prouerb. 6. Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, illaqueatus es verbo oris tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent pal-

tent palpebræ tuæ. quæ verba intelliguntur de Epiſcopo iuxta Gregorium in Paſtor. part. 3. artic. 5. & S. Thomam 2. 2. q. 185. art. 5.

3 Et cura animarum dicitur vigil, oneroſa, & diligens cuſtodia animarum, ne pereant, ſed ſaluentur. Hoſt. in cap. omnis, de pœnit. quæ vigilantia complectitur omnia quæ cognouerit Epiſcopus expedire pro ſalute gregis; ſi enim opus fuerit eleemoſyna, ædificatione templorum, aut alijs, Epiſcopus illis incumbet: nihilominus deueniendo ad munera particularia, poſthabita ſollicitudine, quæ eſt munus generale dicimus cum communi opinione, inter ſpeciales ſollicitudines prædicationem eſſe præcipuam, cum ſit cibus animæ cap. inter cætera, de officio Ordinarij; poſt illam ſecundum locum ſibi vendicare, ordinationem Clericorum, deinde viſitationem Eccleſiarum, vt etiam conſiderauerunt Patres Concilij Colonienſis, in principio, in hoc libro tractabimus de vtilioribus negotijs ſuper quibus Epiſcopus vigilare debet per diuerſa Capitula.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia Epiſcopi quod peccatum ſit.*
2 *Epiſcopus de qua culpa teneatur, ſi de leui, vel leuiſſima.*
3 *Negligentia Epiſcopi quomodo puniatur.*
4 *Diſſimulatio in Prælato eſt peccatum.*

CAPITVLVM. XXVI.

De negligentia Epiſcopi eiuſque peccato.

Ntequàm ad ſollicitudines, & vigilantias Epiſcopi ſpeciales, tranſeamus, cõuenienter quæritur quod peccatum committat Epiſcopus negligens, quantam diligentiam adhibere teneatur, & quomodo de negligentia puniatur.

1 Quo ad primum Gloſ. in c. ea quæ, de off. Archid. dicit negligentiam

gligentiam in Prælato eſſe peccatum mortale. Idem Abbas in c. nihil de præſcript. & alij. Sed Caetanus in ſumma in verbo, Epiſcoporum peccata, dicit quædam peccata Epiſcopi eſſe in ſe mala, vt conſecrare non virgines vt virgines, conferre ordines ſeu beneficia indignis, quæ negligentia, eſt manifeſtè mala, quia repugnat curæ animarum; quædam dicit eſſe mala propter mala, quæ inde oriri poſſunt, vt non reſidere, non viſitare, non celebrare Synodum, & huiuſmodi: hæc enim pro tanto ſunt mala, pro quanto ex eis ouium paſtus, aut tollitur, aut minuitur, aut impeditur.

2 Priora quæ ex ſe mala ſunt, dicit eſſe peccata mortalia, niſi propter imperfectionem actus, putà quia paruulus error circa fidelitatem, vel diligentiam interuenit; poſteriora vero dicit eſſe peccata ex cauſa, & ex malo quòd ſequitur, & ex bono quo priuantur oues. Penſandum eſt itaque ſecundum ſubiectã materiam, & qualitatem negligentiæ erit peccatum mortale, vel veniale. Circa ſecundũ. Gloſ.d.c. Ea quæ, dicit, quòd Epiſcopus tenetur de dolo lato, & leui culpa, & de negligentia, & ibi Innoc. tenet, quòd etiam de leuiſſima culpa tenetur, & ſequitur Abbas, quia qui pretium recipit pro cuſtodia, tenetur de leuiſſima; Sed Prælatus recipit pluſquam pretium, quia vltra redditus recipit dignitatem: ſed iſtam opinionem aliqui credunt veram in eo, qui procurauit Epiſcopatum, ſecus ſi coactè ſuſcepit, quia tunc ſatis videtur ſi teneatur de lata, ex dictis per Bart. in l. quòd Nerua. ff. depoſiti.

3 Quò ad tertium, Archidiaconus in c. quicquid. 1. q. 1. dicit, quòd negligentia Prælatorum diuerſimodè in iure punitur, ſecundum diuerſitatem, & qualitatem eorum, quæ negliguntur, aliquandò pœna depoſitionis, interdùm minori, de quo latè tractat Felin. c. 1. de tregua, & pace.

4 Notandum quòd iuxta Gloſ. in c. penult. de Immunit. Eccleſ. in 6. diſſimulatio etiam in Prælato eſt peccatum mortale, vt quia ſimulat ignorare exceſſus Clericorum: quòd intellige iuxta ſupradicta de negligentia ſecundum qualitatem delictorum. Plura de Prælatorum negligentia tradit Auguſt. in ſerm. de Paſtoribus. S. Antoninus in 2. parte ſummæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ante omnia debet vigilare, vt ſaluet animam ſuam.*
2 *Epiſcopi diligentiſſime deteſtari debent peccata carnis.*
3 *Reuelationes aliquæ recenſentur contra malos Prælatos.*
4 *Exempla quædam terribilia referuntur da malis Prælatis.*
5 *Sancti prædeceſſores malorum Epiſcoporum contra illos aliquando indignati.*
6 *Bernardus quid notabiliter dicat de malis Prælatis remiſſiuè.*
7 *Hugonis Epiſcopi modeſtia, & aliorum Sanctorum.*

CAPITVLVM. XXVII.

De præcipua ſollicitudine Epiſcopi ſaluandi animam ſuam.

1 QVid proderit Epiſcopo ſi totum mundum ſaluet, & ſeipſum perdat? proinde principalis ſollicitudo eius debet eſſe ſaluandi animam ſuam. Quod ſaluberrimè admonens Apoſtolus dicit. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei quam requiſiuit ſanguine ſuo. Imprimis admonet vt attendant ſibimetipſis, ne perdant ſe ipſos, & ſi peccauerint, non differant emendare: & non exiſtiment ſe poſſe omnipotenti Deo placere occupando ſe circa ſalutem aliorũ, niſi ſint ſolliciti, ad emundandum, & cuſtodiendum corda ſua ab omni peccato, ad ſeruiendum Altiſſimo in ſanctitate, & deinceps attendant gregi ſibi commiſſo. Ita notabiliter Dionyſius de regim. Epiſc. De Prælatis qui male viuunt dicitur Oſeæ. c.8. Ipſi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui. Et Matth. c. 7. Multi dicent in illa die, Domine, Domine, nonnè in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eijecimus, & virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis quia nunquam noui vos.

2 Inter

2 Inter vitia quæ debent Epiſcopi deteſtari, præcipuum eſt peccatum carnis, hoc enim illos valde deformat, & odibiles Deo facit, vt reuelationibus, & exemplis demonſtrari poteſt.

3 Vnde Beatiſſimà Virgo Maria in viſione cœleſti ad Sanctam Brigidam, de improbis Prælatis dixit: Epiſcopi, & Prælati, de quibus nunc loquor, meretriciam, & impiam ducunt vitam, & inſatiabiles ſunt ad cupiditatem tamquam vorago; bona quoque Eccleſiæ prodigaliter, & carnaliter conſumunt, ac largiuntur pro voluptate immunda, ac pompa, quorum peccata aſcendunt in cœlum abominabilia, coram Deo, & contra meam orationem, ſicut teterrimæ nubes contra ſplendidum cœli arcum. Sicque Prælati, ac Præſules, qui pariter mecum placare deberent iram Dei, grauiſſimè contra ſe excitant, & perditionis occaſio alijs fiunt; tales in Eccleſia Dei non deberent exaltari, ſed deprimi, Et in alia viſione Dominus & Saluator noſter ad Sanctam Brigidam ait. Mali iſti Prælati meretricibus conformantur; quid enim meretrix agit? procax eſt in verbis, leuis in moribus, inſtabilis corde, facie pulcra, veſtimentis ornata, audax, & inuerecunda, turpibus affectibus plena, guloſa, & voluptatibus fœdis ſatiari non poteſt: tales ſunt iſti quorum os nunquàm aperitur ad prædicandum; nam tam carnales, leues, procaces, & vitioſi exiſtunt, quòd etiàm ſæculares homines inde verecundantur; & nec propria, nec ſubditorum peccata deplorant, immò in curioſitatibus, vanitatibus, ſuperfluitatibus, & voluptatibus ſuis maledictis ſe exultant.

4 Legitur in libro apum, quod in Theutoniæ partibus fuit quidam Epiſcopus carne illuſtris, ſed vita, & moribus vilis, qui primò verecundè, & occultè, deinde inuerecundè, & apertiſſimè vacauit luxurijs, alijſquè diuerſis peccatis, quem dominus piè, ac multipliciter increpauit, ſed ille in ſuis permanſit ſceleribus: Ideo cum in quandam villam veniſſet, de ſerò eadem nocte ibidem defunctus eſt ſubitanea, & infæliciſſima morte. Cumque eadem nocte alius Epiſcopus vir per omnia virtutibus ornatus, matutinas legiſſet, & reſediſſet ad ſtudendum facturus ſermonem in craſtinum, repentè raptus in ſpi-

in ſpiritu vidit Epiſcopum quendam infulis inſignitum, ad tribunal Iudicis rapi, & à malignis ſpiritibus de diuerſis vitijs acerrimè accuſari; tunc Iudex Sanctis aſſeſſoribus ſuis dixit: Ferte de iſto ſententiam; qui ſtatim iudicauerunt eum ęterna damnatione condignum. Quo facto nigerrimi, & atrociſſimi dæmones omnia Epiſcopalia ornamenta detraxerunt damnato, & nudum, ac vlulantem cum clamore traxerunt in tartarum; moxque aſſeſſores iudicis ſurrexerunt, & cecinerunt, dicentes: dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. His viſis præfatus venerabilis Pontifex ad ſe reuerſus, cæpit anxiè excogitare, quis nam eſſet infœlix ille Epiſcopus, de quo viderat iſta; & ecce quidam adueniens cum lacrymis recitauit prætactum vanum, & infœlicem Epiſcopum de veſpere ad proximam villam veniſſe, & ibi ſubito expiraſſe; Quo audito ille Antiſtes ex compaſſione amariſſimè fleuit.

Fuit, & alter Epiſcopus in Theutoniæ partibus turpiter viuens, qui infœliciſſima morte defunctus eſt, quem vir quidam Sanctiſſimæ vitæ vidit in ſpiritu condemnatũ, & animam eius à corpore miro cruciatu extractam, principi dæmoniorum in infernum adduci, & præſentari, quem Princeps tenebrarum ſollemniter ſalutauit, dicendo: Beneueneris domine Archipræſul, & confeſtim poculum ante ſe poſitũ obtulit ei, dicens; Bibe, ecce de poculo meo, quoniam longo tempore fideliter, & infatigabiliter mihi ſeruiuiſti, quem potum Archiepiſcopus recuſauit accipere, ſed à miniſtris Diaboli compulſus eſt eum guſtare, & ſtatim per os, aures, nares, & oculos Archiepiſcopi ſulphurea flãma erupit, & ita æterno incendio eſt immerſus.

Legitur in reuelationibus S. Brigidæ, quòd in quadam Ciuitare erat Epiſcopus pulcher, diues, ſæculari ſapientia prudens, quem multi laudabant, & honorabant tamquam circũſpectum, & virum idoneum; Ipſe vero de donis Dei, & de laudibus ſuis fuit Deo Creatori ſuo ingratus, atque in ſe ipſo inaniter gloriabatur; & pro laude quoque, & honore hominum acquirendis, multa largiter dedit, & vanè conſumpſit. Epiſcopus iſte habuit quendam deuotum & officioſum Canonicum,

nicum, qui ipſum feruenter admonuit ad dignam ſui officij executionem; Epiſcopus vero non acquieuit, qui paulo poſt interijt. & diuino tribunali eſt præſentatus, quem Dæmones crudeliter accuſauerunt. Iudex etiam examinauit eundē, cur, & qualiter Epiſcopatum aſſumpſerat, quomodo animas ſubditorum edocuit, quam gratiarum actionem Deo pro ſuis beneficijs exſoluit. Cumque infœlix Epiſcopus reſpondere non poſſet, locutus eſt Iudex; Ponatur in capite eius fœx pro infula, in manibus autem pix pro chyrotecis, lutum quoque in pedibus eius pro ſandalijs, & pro camiſia, & linteo Epiſcopali pannum meretricalem recipiat, pro honore ſuſcipiat confuſionem, pro lata familia habeat ſeruientem Dæmonum turbam. Sicque Epiſcopus deſcendit in Infernum æternaliter condemnatus, à quo Iudex auertit oculos miſericordiæ ſuæ, & omnes Sancti cum eo.

5 Legitur quòd in vrbe Turonenſi fuit quidam Archiepiſcopus malæ vitæ, contra quem Sanctiſſimus Præſul Martinus indignatus vltionem contra illum expetijt. Cumque in eadem vrbe vir quidam valde deuotus more ſolito iuiſſet ad matutinas maioris Eccleſiæ, & tempus matutinarum præueniens veniſſet ad fores Eccleſiæ, inuenit eas apertas, viditque lucem magnam in Eccleſia fuſam, & Iudicem Chriſtum ſedentem ibi in throno: & ecce S. Martinus aduenit cum multis Sanctis Epiſcopis, & præfatum Archiepiſcopum ſuum ſucceſſorem indignum grauiter cœpit accuſare; Archiepiſcopus adductus mox venit Pontificalibus indutus, ſedit in cathedra, & grauiter accuſatus nihil potuit reſpondere. Tunc Iudex indignatus percuſſit cathedram eius, atque euertit, quo facto diſparuit viſio. Statim igitur vir ille deuotus venit ad Archiepiſcopi domum, & excitata familia fecit videri, qualiter eſſet Archiepiſcopo, & accedentes ad lectum eius inuenerunt eum repente, ac miſerabiliter mortuum. Timeant ergo Epiſcopi male viuentes, ne Sancti Pontifices quibus ſuccedunt, & in quorum cathedris ſedent, indignentur aduerſus eos, & vindictam expetant contra impietatem, carnalitatem, negligentiamque ipſorum. Notum eſt omnibus exemplum infœliciſſimi illius

Vdonis Epiſcopi, qui rem habuit cum Moniali, & de nocte fuit ductus ad Eccleſiam, in qua coram Deo, & Sanctis fuit ei caput amputatum.

6 De malis Prælatis plura notabiliſſima dicit Bernard. ſuper Cantica ſer. 77. Poſtremò Sancta, & Innocentiſſima Virgo de Senis multa terribiliter ſcribit de his ex ore Omnipotētis, hoc eſt, de enormibus, & infinitis Eccleſiaſticorum peccatis, & Prælatos, & Sacerdotes carnales, & negligentes vocat ſæpiſſimè dæmonia incarnata, eorumque concubinas vocat diabolos, per quos Prælatos, & Sacerdotes diabolus plures decipit, & ad inferos tradit, quàm per ſuos ſatellites dæmones tentatores: idcircò ſunt odibiliſſimi Deo. Concil. Tolet. 8. potiſſimùm exarſit in Epiſcopos carnis inquinamento pollutos, quos abſque ſpe veniæ ab altari repulit; præfatas reuelationes, & exempla refert Dionyſ. dicto tract. de Reg. Epiſc.

Quanti dæmones faciant peccatum carnis in Epiſcopo, oſtenditur illo exemplo poſito à Diuo Gregorio in eius Dialogis de Andrea Epiſcopo Fundano. Quidam in fano Idolorum de nocte magnam dæmonum cateruam vidit ſuo principi ſeruientium, & actorum rationem reddentium; vbi cum multi multos varijs hominibus fucos factos exponerent, vnum poſtremo indicaſſe tentationem Andreæ Fundano Epiſcopo injectam, ita vt domeſticæ mulieris amore tactus nutaret, quare principem illum qui reliquos nihil curauerat, hoc de Epiſcopo inhianter audiſſe, & quaſi de grandi lucro gauiſum eſſe.

7 Sanctus Vgo Epiſcopus Gratianopolitanus, cum per annos quinquaginta populum rexiſſet, nullam vnquam fœminam ſic aſpexit, vt ſi occurreret, ex conſideratione vultus poſſet agnoſcere.

Cum pulcherrima, & nobiliſſima fœmina Sanctum Vuolſtanum Epiſcopum in Anglia, ad turpia prouocaſſet, ille audita voce fœminæ ingentem alapam ei impegit, tanto niſu, vt crepitus illiſæ palmæ tota domo audiretur, verbiſque ſeueris, & Epiſcopo dignis eam expulit, apud Surium.

S. Anto-

S. Antoninus nunquàm loquebatur cum mulieribus, niſi in confeſſione, aut ex grauiſſima cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Epiſcopi ponendi vitam pro ouibus ſuis, ad quid extendatur.*
2 *Mors Epiſcopi præclara pro ſalute ouium.*
3 *Epiſcopus debet procurare vtilia ouibus.*
4 *Epiſcopus debet ponere vitam pro deſenſione bonorum Eccleſiæ.*

CAPITVLVM XXVIII.

De obligatione Epiſcopi ponendi vitam pro ouibus ſuis, & ad quid extendatur.

1 MEmor eſſe debet Epiſcopus, quòd Saluator noſter ſapientia patris, volens oſtendere Paſtoris officium, vnica concluſione demonſtrauit, obligando illum ad ponendam vitam pro ſalute ouium, ſub illis verbis; Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. ac ſi diceret; Epiſcopus tenetur omnia facere, procurare, ſuſtinere, pro ſalute animarum, etiam ſi fuerit neceſſe exponere periculo vitam propriam. Vnde notabiliter infert Caet. ſuper D. Thoma 2. 2. q. 184. art. 5. Quòd ſi vitam, tanto magis labores, ſudores, & quælibet bona temporalia, vt manifeſtè patet: pro inde non poſſunt excuſari aliqui Epiſcopi, qui omitterent procurare vtilia, dicentes non obligari à Sacris Canonibus, cùm Canoniſtæ Ieſu Chriſti ſit latiſſimus.

2 Sed ò fœlices labores, ò præclara mors pro ſubditis ſuis, quæ immortalitatem parit, vt inquit Chryſoſtomus in Homilia vndecima, dum expelleretur à Conſtantinopoli, ſubdens in

concione ad populum: Quid enim non patiar pro vobis? vos mihi ciues, vos mihi fratres? matres? filij? membra? lux? corona mea? diuitiæ meæ? theſaurus meus? ecce pro charitate veſtra, corona mihi paratur in futuro ſæculo, hoc mihi ſolis huius ſplendor præſtare non poterit. Et Paulus ad Philipp. 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea. Et ad Theſſalon. cap. 2. Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium.

3 Tenetur Epiſcopus non ſolum procurare neceſſaria ſaluti animarum, ſed etiam valde vtilia. Suarez ſuper 3. part. D. Thom. q. 72. diſp. 38. ſect. 2. & omnes. Quod apertè probatur: nam tenetur conferre Sacramentum confirmationis, quod non eſt neceſſarium ad ſalutem, quamuis vtiliſſimum ſit; viſitare ſingulis annis diœceſim, facere Synodum, & multa alia, quæ ſemper non ſunt neceſſaria, ſed ſummæ vtilitatis.

4 Tenetur etiam ponere vitam pro defenſione bonorum Eccleſiæ, Gloſ. notab. in c. conuenior 23. q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an teneatur ponere vitam pro ouibus ſuis ſine extrema neceſſitate?*

2 *Epiſcopus an teneatur corripere Clericum, cum periculo vitæ.*

3 *Epiſcopus quid teneatur facere, quando pueri fiunt captiui ab Infidelibus, vel ſi virgines capiantur à bannitis.*

CAPI-

CAPITVLVM. XXIX.

An Epiſcopus teneatur ponere vitam pro ouibus ſuis, extra caſum extremæ neceſſitatis.

1 Eſt dubium, An Epiſcopus teneatur ponere vitam pro ouibus ſuis, ſine neceſſitate extrema ouium, ſed graui tantum? Pro reſolutione eſt animaduertendum, quòd neceſſitas ſpiritualis proximi duplex eſt. Vna extrema ſimpliciter, quando proximus eſt in periculo finiendi vitam in peccato mortali, vbi incurrit malum irreparabile in æternum. Alia eſt neceſſitas ſpiritualis non vltima,& extrema, ſed grauis,ſecundum quam exiſtens in peccato mortali, eſt minus reparabilis, ſed habet tempus pœnitendi: hoc ſuppoſito ſit prima concluſio, Pro neceſſitate ſpirituali proximi extrema, non ſolum Epiſcopus, ſed quilibet priuatus tenetur exponere vitam temporalem periculo. Ita S. Thomas communiter receptus. opuſc. 18. Vbi inquit; quòd ſi quis decipitur ab hæreticis, & trahitur in errorem contra fidem,tenetur is qui videt, ſi poteſt illi ſuccurrere, docere illum, & admonere cum periculo vitæ: pariter ſi tempore peſtis moriatur Epiſcopus, & Parochus, tenentur alij Sacerdotes, cum periculo vitæ miniſtrare Sacramenta infirmis, & ſic de ſimilibus.

2 Sed difficultas eſt quando neceſſitas non eſt extrema ſed grauis, quia proximus valde indiget auxilio Epiſcopi, ſed habet tempus pœnitendi,& ſi corrigatur, vita Epiſcopi verſabitur in periculo. Dominicus Bannes ſuper D. Thom. 2.2.q.33. art.2.dub.4.Concludit Epiſcopum teneri in graui tantum neceſſitate ad correctionem fratris cum periculo vitæ.

Primò, ex D. Thoma 2. 2. q. 185.art.5. Vbi inquit; quòd Epiſcopi ſe obligant ad exequendum Paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem; & ideo vbi ſubditorum ſalus exigit Paſtoris præſentiam, vt quia Tyrannus perſequitur gregem, non debet deſerere illum.

Secundò, ex Ioanne 10. Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: ex quo ſumitur argumentum, quòd Epiſcopis maior obligatio ineſt ponendi animam pro ouibus ſuis, quàm alijs, & ſic in alijs caſibus, in quibus non tenentur alij; quod verificari debet ſaltim in graui neceſſitate.

Tertiò, quia Epiſcopi in ſua conſecratione obligant ſe ad ſpecialem curam animarum; ergo aliquid amplius tenentur facere, quàm reliqui, & hanc opinionem dicit eſſe communem Bannes loc.cit. Sed intelligendum ſecundum prudentiam ſpiritus, quæ diſcitur exemplo Sanctorum, quos legimus aliquando perſecutionem fugiſſe, & vitam ſaluaſſe latitando, quoniam eorum vita, maiori bono communi ſeruabatur, alij vero plurimi vitam expoſuerunt periculo, quando iudicabant ad gloriam Chriſti, & Eccleſiæ ædificationem multum conferre, pati mortem; nihilominus nimis durum videtur quòd Epiſcopus teneatur ſubire mortem, quando damnum ſpirituale proximi eſt reparabile, cum poſſit expectari tempus. Vnde hanc neceſſitatem grauem ſubdiuiderem in magis grauem, quæ accedat aliquatenus ad extremam, & in minus grauem quo ad quam ſecundam arbitrarer non teneri Epiſcopum exponere vitam.

3 Sed ponè quòd pueri teneræ ætatis ducantur captiui ab Infidelibus, quos vt experientia docet, ſolent Infideles circumcidere, & inducere ad eorum fidem; iſta eſt grauiſſima neceſſitas, & tenetur Epiſcopus exponere vitam, vt illos de eorum manu eripiat, ſi credit id fieri poſſe, ſed ſi non credit, debet expendere omnia bona ſua, vt illos redimat, vendendo ſi opus fuerit vaſa Sacra, c. aurum. 12. q. 2. exemplo S. Paulini, quod valde deplorat Philippus Diez in ſum. prædicantium verb. Prælatus, contra miſeros Epiſcopos qui non curant captiuos redimere. Ezechiel c. 34. Quod perierat non quæſiuiſtis, & Hieron. dicit: Quod errare viderint Prælati, non reducunt, permittentes ſubditos ab hæreticis decipi. Item quando imminet periculum hæreſis, tenetur Prælatus aſſiſtere iuxta communem. Et tempore peſtis debet prouidere de miniſtris Sacramentorum, etiam ſi opus fuerit magnis expenſis pro mini-

ſtrorum

ſtrorum ſtipendio, Bannes vbi ſupra. Idem arbitror ſi virgines ducantur captiuæ à bannitis cum manifeſto periculo caſtitatis, vt teneatur Epiſcopus exponere bona, ne ducantur, & ſic de ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in principio ſui regiminis plura obſeruare debet.*
2 *Debet ſe oſtendere benignum, & manſuetum.*
3 *Inimicum auaritiæ.*
4 *Non ſtatim mutet officiales antiquos.*
5 *Non permittat in eius ingreſſu fieri impenſas ſuperfluas à populo.*
6 *Non ſtatim velit reformare omnia.*

CAPITVLVM. XXX.

De obſeruandis ab Epiſcopo in principio ſui regiminis.

1 MEmor eſſe debet Epiſcopus in principio ſui regiminis aliqua ſeruare, ſine quibus difficile erit regere populum.

2 Primo procuret acquirere nomen clementis, & pij patris atque benigni Paſtoris apud ſubditos, quia prima apprehenſio eſt magni momenti: Vnde dicit Iuriſconſultus cuiuſque rei potiſſima pars eſt principium l. 1. ff. de orig. iur. & quæ malo inchoantur principio, difficile eſt, vt bono peragantur exitu. c. Principatus. c. q. 1. quod aſſequetur oſtendendo ſe benignum, & manſuetum, Vnde Bernard. Diſcite, inquit, ò Prælati, potius vos eſſe matres ſubditorum, quàm dominos, potius amari, quàm timeri. Et Dauid dicebat ſuis ſubditis; Fratres mei vos, os meum, & caro mea. ſecundo Regum 19. Et Petrus Epiſtola 1. cap. 5. Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro conſenior. Et ſolet dici nullum præſidium firmius, quàm

ciuium beneuolẽtia,& manſuetus, magis illuminabitur à Deo ad bene regendum, Vnde Pſalc. 24. Diriget manſuetos in iudicio, & docebit mites vias ſuas. Et vt dicit Med. de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1. Semper Epiſcopus debet procedere cum ſubditis ſuis benigne,& eos amare tamquam genuiſſet ex proprijs viſceribus,& emiſſet proprio ſanguine. De Chriſto habetur Luc.c.9. quòd cum Samaritani noluiſſent eũ hoſpitio excipere, dixerunt Iacobus & Ioannes: Domine vis dicamus, vt ginis deſcendat de cœlo & conſumat illos. Et conuerſus increpauit eos dicens: Filius hominis non venit animas perdere,ſed ſaluare. & quo ad alias virtutes vtiliſſimum eſt à principio acquirere bonam famam, propter primam apprehenſionem populi, vt ſæpe celebrare, eſſe deuotus.

3 Secundò, omni diligentia exiſtimari ſtudeat inimicum auaritiæ, quia ſubditi hoc conſiderantes coguntur amare eum, ſperantes ab illis bonum regimen: nam ſi Epiſcopus hoc non procuret, vocabitur non Epiſcopus, ſed exactor, & mercator c. quia cognouimus. 10.q.3. Ideo debet manifeſtare ſuis ſubditis ſe venire ad ſubleuandum miſerabiles perſonas, & liberandum ab oppreſſione, & in facto debet benefacere viduis, pauperibus, dotando virgines egenas cùm potuerit, Egid. de reg. Princip. 2. par. 3. lib.c.36. Mandando quòd bona hoſpitalium, aut aliorum piorum locorum pauperibus iuxta debitum vſum diſtribuantur. S.Thom. de reg. Princip. lib. 2. c. 15.

4 Tertiò, in ingreſſu, non ſtatim mutet officiales antiquos, quia mutatio hæc repentina generat terrorem, & odium ſubditorum contra ſe, qui hoc videntes ſibi perſuaſum habent, hunc Epiſcopum eſſe nimis rigidum, & terribilem, maximè ſi mutet eos qui fideliter ſeruierunt prædeceſſori, & ſudauerunt pro ſeruitio Eccleſiæ contra cap. Hæc huius. 12. q. 2. & ſupra diximus in c. 22. Vnde debet ſenſim procedere in iſtis mutationibus, & interim ſe informare de officialibus; & ſic bonos ſi vult cófirmet, & malos deponat: hoc etiam deſeruit, quia officiales antiqui pro gratia Epiſcopi obtinenda, informant ipſum de moribus, & obſeruantijs Eccleſiæ, & nonnullis neceſſarijs ſcitu; quod valdè intereſt, ſed non per hoc negatur,

quin

quin ſtatim poſſit deponere ab officio illos, qui ſunt odioſi populo, & omnem poteſtatem ſibi vſurparunt, ita vt ipſi videantur domini, & ſimiliter conſideratè procedat in mutandis ſtatutis, & conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum: nam leges non ſunt mutandæ ſine magna vtilitate, vel neceſſitate. S. Tho. 1.2. q. 97. art. 2. Statuta vero illicita contra bonos mores & Eccleſiaſticæ libertati contraria omni mora poſtpoſita reſcindat, & annullet.

5 Quartò, non permittat, vt in eius ingreſſu ciues grauentur ſuperfluis expenſis in apparatu; nàm expenſæ Vniuerſitatum fiunt de pecunijs pauperum, quibus ipſe debet ſubuenire. 87. diſt. per totum; ſed ſufficiant aliqua ſigna lætitiæ cum modicis expenſis; nec accipiat à ſubditis Laicis, vel Clericis munera magna, ſed tantum leuia in ſignum affectionis, nàm nihil accipere valde durum eſt, & iniquum, ſicut paſſim accipere valde viliſſimum l. ſolent. ff. de off. Proconſ. Et ſi indiget, poteſt recipere à Beneficiatis charitatiuum ſubſidium pro bullis, de quo latius infra dicemus.

6 Quintò, Epiſcopus in ingreſſu non ſtatim velit renouare, & reformare omnia ſimul, ſed ſuauiter procedat, modò ad reformationem vnius rei, modò alterius, aliàs magnam in populo generabit confuſionem, vt tradit S. Bernard. de conſid. lib. 1. c. 8. Et experientia docet, nàm correctio fraterna poteſt differri, vt expectetur tempus magis congruum, & opportunum S. Thom. 2. 2. q. 39. art. 2. Archid. Turrecrem. in c. ſi peccauerit 2. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſes, & alia mala ex non reſidentia Epiſcoporum oriuntur.*
2 *Epiſcopus dicitur Nymphagogus, & pronubus, qui non debet relinquere ſponſam.*
3 *Cauſæ non reſidendi ex Conc. Trid. declarantur.*
4 *Epiſcopus an teneatur tempore peſtis miniſtrare Sacramenta.*
5 *Prædicare an teneantur Epiſcopus tempore peſtis.*
6 *Reſidentia Epiſcopi, debet fieri in loco Eccleſiæ Cathedralis.*

7 *Epiſcopus non excuſatur, quòd relinquat bonum Vicarium.*
8 *Chriſtus dum fuit in terris, non commiſit regimen ouiũ Petro.*
9 *Reſponſio Caroli Borromei cuidam Epiſcopo nolenti reſidere.*
10 *Vota quæ poſſit facere Epiſcopus, & an longæ peregrinationis.*
11 *Epiſcopus ſi vouit Religionem, ad quid teneatur.*
12 *Epiſcopus an poſſit fieri, qui vouit Religionem.*

CAPITVLVM. XXXI.

De reſidentia Epiſcopi.

1 EX non reſidentia Epiſcoporum nonnulla mala ſequi manifeſtum eſt. nàm Clerici efficiuntur irreligioſi, ſæculares irreuerentes, perit doctrinæ puritas, pauperes nimis patiuntur, & alia munera Paſtoralia obiri nõ poſſunt. Con. Trid. c. 1. ſeſſ. 23. de reform. Et nonnullas hæreſes ortas eſſe probat Alphon. de Caſtro de iuſta Hæreticorum punitione lib. 3. c. 4. Nàm vt ait Saluator: Lupus rapit, & diſpergit oues, quando non adeſt Paſtor. Ioan. 10. & Lupi ſunt Tyranni vel hæretici: Proinde præcipua vigilantia Epiſcopi debet verſari circa reſidentiam.

2 Dicitur enim Epiſcopus Nymphagogus, & pronubus, atque ideo cum eis aſſiduè præſentialiter commorari debet, Greg. Nazianz. in Apolog. 1.

3 Vnde in Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 13. de reform. ſub pœnis in eo contentis prohibetur Epiſcopis ſingulis annis vltra tres menſes abeſſe, & dummodo ex cauſa rationabili, & ſine gregis detrimento: quod an ita ſit, conſcientiæ Epiſcopi relinquitur, non tamen in Aduentu, Quadrageſima, Natiuitate Domini, Reſurrectione, Pentecoſtes, & feſtis Corporis Chriſti: vltra vero tres menſes non liceat niſi vrgeat Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, euidens reipublicæ vtilitas, euidens Eccleſiæ vtilitas, & debita obedientia. Et licentia eſt concedenda in ſcriptis, & approbanda à Papa, aut Metropolitano, vel viciniori Epiſcopo, niſi cauſa ſit notoria, & repentina,

tina, ita habetur in d. cap. primo.

Chriſtiana charitas intelligitur proximorum vtilitas, vt ſi aliqua Eccleſia verſatur in magno periculo hæreſis,& Epiſcopi prædicatione poſſet ſuccurrere, vel ob pacem magnatum componendã. Sed iſta cauſa debet intelligi,dummodo in propria Eccleſia non ſequatur notabile detrimentum, quia eſſet contra ordinem charitatis. Ita Cardinalis Toletus in inſtr. Sacerd. lib. 5. c. 4.

Vrgens neceſſitas intelligitur cum periculum imminet Epiſcopo, niſi ab Eccleſiã diſcedat vel ob infirmitatem, vel ob perſecutionem alicuius Tyranni: Et in hoc caſu diſtinguitur, quòd ſi ob abſentiam Epiſcopi non ſequitur ſpirituale detrimentum gregis, vt quia Tyrannus perſequitur ſolum Epiſcopum, & non gregem,vel quia tempore peſtis adſunt alij Curati ſufficientes ad Sacramentorum adminiſtrationem,& regimen animarum,tunc licet Epiſcopo deſerere gregem,ſed ſi ex eius abſentiã ſequatur ſpirituale detrimentum gregis, quia Tyrannus vel Hæreticus ſtudet nocere ouibus in ſpiritualibus, tunc debet potius mori, quàm deſerere gregem.S.Thom. 2.2. q.185.art.4. c. aduerſitas. 7. q.1. c. ſui, citatis eadem c. & q. Vbi Turrecrem. & communis.

4 Si vero tempore peſtis Parochi moriantur, vel aufugerint tenetur Epiſcopus miniſtrare Sacramenta propter neceſſitatẽ S. Thom. quod lib. 1.art.14.Suarez.de Sacram.extrem. vnct. diſp. 44. ſect. 3.

5 Illo tempore Epiſcopus non tenetur prædicare, tùm quia hoc per alios ſufficienter fieri poteſt, tùm etiam quia eo tempore non expedit publicas, & pro toto populo conciones habere; ad priuatas autem exhortationes ſufficiunt Parochi,loquimur de tempore peſtis: nàm tempore perſecutionis Tyrannorum,ſi illa eſt contra fidem, alia eſt ratio;dum Epiſcopus nõ reſidet tempore peſtis, nè grex patiatur iacturam, debet commorari in aliquo loco vicino ſue diœceſis, vel alterius, ſi verò vellet reſidere in loco peſtis, laudabiliter facit,Suarez loc.cit. Et ita Sancti fecerunt, ac noſtris temporibus Beatus Carolus Borromeus, qui peſte graſſante reſidentiam non deſeruit,

ægrotos

ægrotos ſumma humanitate inuiſens, Sacramenta ei miniſtrans, etiam confirmationis; angebatur enim ſcrupulo, ne aliqui ſine eo perirent ex culpa ſua; populum miro modo iuuit in ſpiritualibus, & temporalibus, eumque induxit ad publice vouendum ædificationem Eccleſiarum, feſtorum cultum, chorearum refutationem, & alia pia opera, ſupplicationes publicas ſæpius habens, vt latius in eius vita continetur.

Euidens reipublicæ vtilitas intelligitur in vtilitatem totius Regni vel prouinciæ temporalem, & iſta cauſa debet eſſe notoria, & cum neceſſitate, ex quo per alios id fieri non poteſt. Et ſi iſta vtilitas eſt dubia, melius eſt, vt Epiſcopus in ſua diœceſi reſideat. Card. Tol. in loc. cit.

Euidens Eccleſiæ vtilitas, vt cum propria Eccleſia indiget Epiſcopi abſentia ad aliquid pro ea procurandum; ſimiliter in vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ, vt cum Concilium generale, vel Prouinciale congregatur, aut cum Epiſcopus fungitur aliqua legatione in beneficiũ totius Eccleſiæ, vel alia vtilitas.

Debita obedientia, id eſt, cum Papa imponit aliquod graue negotium Epiſcopo. Cardin. Tol. pulchrè prædictas cauſas declarat, vbi ſupra.

6 Reſidentia Epiſcopi debet fieri in Cathedrali, id eſt, in loco vbi eſt ipſa Eccleſia Cathedralis, c. Epiſcopus ſi, de conſecr. diſt. 3. in Gloſ. Nec debet per diœceſim vagari, niſi fortè cauſa viſitationis, vel alia, c. placuit 7. q. 1. Bertacch. de Epiſt. lib. 4. 1. par. q. 4. Nihilominus putant aliqui Epiſcopi doctrina, & vitæ integritate, ac experimento præclari, expedire aliquando Epiſcopum ab eadem ciuitate, ad alia loca diœceſis ſe conferre: adducunt rationem, quòd illa continua habitatio in eodem loco inducit quandam familiaritatem cũ Epiſcopo, & quaſi contemptum; & è contrà quando Epiſcopus reuertitur quaſi nouus Epiſcopus à ſubditis recipitur, & ardentius amatur; exemplo patris, qui aliquando abſens à filijs, magis deſideratur, & cum maiori obſequio excipitur. Et ita ſæpe egiſſe Carolum Borromeum accepi à bonæ memoriæ Berardino Morra Epiſcopo Auerſano olim eius Officiali generali, viro ſanè ob vitæ ſanctitatem, Dei zelum, & morum reforma-

formationem, perennibus laudibus digno.

7 Non poterit ſe excuſare Epiſcopus, quòd dereliquerit idoneum Vicarium; eſt enim mercenarius. Nec iſte Vicarius erit maior Aaron, quem Iſraelitæ non timentes, dum Moyſes eſſet in monte Synai, confecerunt vitulum aureum, eumque adorauerunt derelicto vero Deo.

8 Et Saluator noſter núnquã, dum ſuper terra vixit, oues ſuas Petro, aut alteri commendauit, ne Epiſcopis exemplum daret, vt per alios regerent oues; Sed poſtquam ſurrexit à mortuis, & non ante, dixit Petro: Paſces oues meas, Ioan. 12. Quamuis ante mortem promiſerit ſe daturum claues Petro, eas tamen non niſi poſt mortem dedit, quando iam prope erat, vt corporali viſibilique forma à nobis ad Patrem receſſurus eſſet.

9 Beatus Carolus Borromeus, non ſolum ipſe reſidebat, ſed vt Epiſcopi in ſuis Eccleſijs reſiderent totis viribus nitebatur eiſque perſuadere conabatur. Cùm quidam Epiſcopus ſe excuſaret, quòd non magnam Eccleſiam habens, eam potius deberet aliena opera adminiſtrare: Reſpondit, ne dum multa millia, ſed animam ſolam, cuiuſuis ampliſſimi Antiſtitis præſentia cuſtodiauè eſſe dignam.

10 Succeſſiuè quæritur, An Epiſcopus poſſit vouere peregrinationem quæ eſt contraria reſidentiæ? Reſpondetur, quòd non poteſt vouere longam peregrinationem, nec alia vota, per quæ dirimitur vinculum, quo eſt obligatus Eccleſiæ; nec quippiam vouere, quod in graue Eccleſiæ detrimentum cedat: alia vero vota facere poteſt, vt dandi eleemoſynas, ſeruandi ieiunia, precationes adhibendi, & ſimilia. Ita deducitur ex cap. niſi, de renuntiationibus, c. licet, de regularibus, c. magnæ, de voto, vbi Innoc. Hoſtien. Ioannes And. Abb.

11 Secundo quæritur, ſi Epiſcopus votum Religionis emiſerit, an illud ſeruare teneatur, quantum in ſe eſt, petendo à Papa facultatẽ abdicandi ſe à munere Epiſcopali? Palud. & Silueſt. eum ſecutus in verbo, votum 3. q. 1. Et in verbo, Religio. 2. q. 8. aiunt teneri hanc facultatem petere, ita idem tenet Ioannes Azorius in 1. par. inſtitut. moral. lib. 11. c. 16.

Tertio

Tertio quæritur, An ſi Epiſcopus longinquæ peregrinationis votum fecerit, teneatur ad aliquid faciendum ipſius voti obligatione? Silueſt. & Azor. loc.cit. dicunt oportere ſoluere expenſas quas inter eundum, commorandum, & redeundum feciſſet, laborem verò peregrinationis cum vigilijs, precibus, ieiunijs, & alijs pietatis officijs commutare debere.

12 Quarto quæritur, An qui vouit Religionem poſſit fieri Epiſcopus non adimpleto voto? Tex.in c. per duas, de voto.dicit, quòd prius debet adimplere votum; ſed verus intellectus dicti capituli eſt, quòd procedat de conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus peccat mortaliter non prædicans, & quando teneatur prædicare.*
2 *Epiſcopus vtiliter ageret, ſi componeret libros per ſalute onium.*
3 *Prædicatio Epiſcopi qualis eſſe debeat.*
4 *Prædicatio S. Ioannis Chryſoſtomi.*
5 *Turpe eſt Epiſcopum prædicare ob lucrum temporale.*
6 *Epiſcopus prædicans in peccato mortali, quando peccet.*
7 *Miſſæ priuatæ non debent dici ante Miſſam Parochialem.*
8 *Epiſcopus an ſalua grauitate poſſit legere caſus Conſcientiæ.*
9 *Epiſcopus ſub peccato mortali tenetur inſtruere promouendos Sacerdotes per ſe, vel alios.*
10 *Epiſcopus peccat mortaliter non eligens idoneos Prædicatores.*
11 *Hæreſes ortæ ex non prædicatione Epiſcoporum.*
12 *Libri vtiles ab Epiſcopo diſpenſandi per diœceſim.*

CAPI-

CAPITVLVM. XXXII.

De onere Epiſcopi prædicandi.

1 LAborare ſummoperè debet Epiſcopus, vt quando poteſt prædicet, aliàs ſciat ſe non eſſe immunem à peccato mortali: ipſa enim prædicatio verbi Dei eſt cibus animarum, quæ ſi deficiat nil peius; nam Paſtor qui delinquentes non arguit, ipſos tacendo occidit c. Epheſeis diſt. 43. & vt dicit Hier. & habetur 44. diſt. in ſum. Non tantum prodeſt conuerſatio innocentis exemplo, quantum ſilentio nocet; nàm latratu canum, & baculo paſtorum lupi ſunt arcendi. & in c. Audacter 8. q. 1. dicitur, quòd fames panis, & ſitis aquæ populi non tàm extinguenda eſt, quàm fames verbi Dei. Vnde Amos c. 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram, non famem panis, neq. ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Et Prælati non prædicantes dicuntur canes muti, neſcientes latrare, Iſaiæ c. 56. Et audient illud. Ezechielis. Si non fueris loquutus, vt cuſtodiat ſe impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem vero eius de manu tua requiram. & in c. diſpenſatio diſt. 43. habetur. Nobis commiſſa eſt diuini ſeminis diſpenſatio, væ ſi non ſparſerimus, væ ſi tacuerimus. Paulus 1. ad Corinth. c. 9. Væ enim mihi eſt ſi non Euangelizauero: & ex pluribus auctoritatibus Sacræ ſcripturæ relatis à Greg. in c. ſi Rector d. diſt. probatur Epiſcopum non prædicantem peccare mortaliter, & ibi id probat Turrecrem. & dicit Gloſ. in §. Criminis, in num. plus tacet, diſt. 25. quòd taciturnitas in Prælato eſt peccatum mortale, quod hodie expreſſè probatur in Conc. Trid. c. 2. ſeſſ. 5. reform. ibi, diſtrictæ ſubiaceant vltioni, & propter præceptum ibi poſitum. Anton. in c. inter cætera, de off. Ordin. in quo tex. adſunt ſimilia verba. Dicunt aliqui, quòd ſufficit, quòd prædicent per alios, ſed hoc eſt falſum, quia poterunt per alios quando ſunt impediti, aliàs non. vt in d. Conc. habetur

betur

Digitized by Google

betur ſeſſ. 24. de reform. c. 4. nam vox mercenarij non ita pe netrat, ſicut vox patris, Medin. de pœnitent. lib. 1. c. 16. §. 1. Ioannis 10. Oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius, & eſt poteſtatem habentis. Vnde de Chriſto: Erat docens ſicut poteſtatem habens. Matth. 7. & Prouer. 37. dicit Salomon. Vir ſapiens plebem ſuam erudit.

2 Hortatur etiam rectores ad ſcribendum libros pro ſalute gregis c. 38. Scribe ſapientiam in tempore vacuitatis. Moyſes ſcripſit vniuerſos ſermones Domini. Exod. 24. Ioſue ſcripſit Deuteronomium ſuper lapides, vt populo innoteſceret. Ioſuæ. c. 10. & Epheſiorum 3. Eadem vobis ſcribere mihi quidẽ non pigrum, vobis autem neceſſarium. & in d. Epiſt. c. 1. Omnẽ ſolli citudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute.

De tempore obligationis prædicandi non loquitur Conc. in d. c. 7. Sed poſtea in c. 4. declarans d. cap. 2. dicit Epiſcopos debere prædicare ſingulis ſaltem diebus Dominicis, & feſtis, & tempore Aduentus, & Quadrageſimæ ſingulis diebus ſaltim tribus in hebdomada, ſi ita oportere duxerit: ſi enim Parochi qui ſunt minus idonei, tenentur prædicare ſingulis feſtis d. c. 2. tanto magis Epiſcopi, qui neceſſariò debent eſſe Doctores, & præſumuntur magis idonei. Beatus Ambroſius quolibet die Dominico publicè in Eccleſia Dei prædicabat. Non omitto quòd Chryſoſt. de Sacerd. lib. 6. dicit: Epiſcopum neceſſe eſt in ſingulos dies, vt ſic dicã, ſementem facere, vt ipſa ſaltem aſſuetudine doctrinæ auditorum animi ſermonem retinere poſſint. quod debet intelligi ſecundum prudentiam: nàm ſicut aqua ſuo tempore cadens inducit fertilitatem, ſic ſi quotidie pluat ſterilitatem, & Epiſcopus non ſolum publica concione, ſed etiam priuatis exhortationibus inſtruere debet plebem ſuam, Dom. Sotus de Iuſt. & Iur. lib. 10. q. 3. art. 1. Iſaias c. 62. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & nocte non tacebunt. & Paulus: Per triennium nocte, & die non ceſſaui monere vnumquemque veſtrum cum lacrymis. Acta Apoſtol. c. 20. & c. 5. Apoſtoli omni die non ceſſabant in templo, & circa domos docentes, & Luc. 19. Et erat docens quotidiè in templo.

3 Præ-

3 Prædicatio Epiſcopi vt in eius conſecratione dicitur non debet conſiſtere in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed oſtenſione ſpiritus virtutis; qua de re opprobrium eſt Epiſcopum qui redditurus eſt rationem, ſi non docuit viam ſalutis, & vitia non redarguit, prædicare conceptus inutiles, vt videatur hominibus ſapiens. Vnde in c. cum multa. diſt. 88. habetur graue nefandumque eſſe Epiſcopum prædicare ſimplicibus ea quæ non intelligunt; & qui talia prædicat, dicitur prædicare ad ſui oſtentationem. Ibidem, dicit Paulus. 1. ad Corinth. c. 14. In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua. Et de Chriſto dicitur Marc. 4. Loquebatur eis verbum pro vt poterant audire. Et Ioannes. 7. Clamabat Ieſus in templo docens: quia cum vehementia ſunt redarguenda vitia.

4 S. Ioan. Chryſoſt. primo die quo in Pontificali cathedra Patriarchatus Conſtantinopolitani præſente Imperatore Archadio multiſque Epiſcopis ſummo cum honore collocatus fuit, ſic ſequentē ad eos ſermonem exorſus eſt: Nos, qui ineffabilibus Dei rationibus ideo ad vos venimus, vt voluntatē eius teſtificemur, hoc primum verbum à Chriſto, & diuino eius Præcurſore accipientes vobis annunciamus, & ſuademus; Pœnitentiam agite, prope eſt regnum Cœlorum. hoc autem non dubitabo vobis aſſiduè reuocare in memoriam, hæc neminem reuerentes, neq. dies timentes ad vos loquemur. Apud Suriū.

5 Turpiſſimum videretur ſi Epiſcopus in ſua diœceſi propter temporale intereſſe prædicaret: legitur enim de S. Greg. Nazianz. quòd ex quo ſine intereſſe prædicabat, quòd aſſequebatur vt ardentius amaretur, atque ex ardentiori amore libentius audiretur pluresque ad Deum adduceret.

Epiſcopus debet prædicare etiam ſi currat inter infamiam, & bonam famam, vt quia aliqui illi detrahant: nam permittit hoc Deus, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc Doctor gentium teſtatur ſe in prædicatione currere inter infamiam, & bonam famam, vti ſeductores, & veraces. Ita Greg. in c. ſunt plurimi 6. q. 1. Item debet prædicare, etiam ſi pauci ſint qui auſcultent.

H Chryſ.

Chryſ. de Lazaro concio. 1. exemplo Ieremiæ, qui conqueritur ſe eſſe in deriſum ob verbũ Dei, dicentis: Factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me; & nihilominus prædicat dicẽs: factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuãs Ierem. c. 20.

6 Sed an Epiſcopus prædicans in peccato mortali peccet mortaliter; aut ſi alios corrigat in eodem ſtatu? S. Thomas in 4. diſt. 16. q. 2. art. 2. quæſtione 2. ad quar. dicit quòd ſic, ſed contrarium ſe retractans dicit 2. 2. q. 33. art. 5. Sotus in 4. diſt. 1. q. 5. art. 6. Medina c. de pœnit. tractatu 1. q. 5. Suarez ſuper D. Thoma in 3. par. quæſt. 64. art. 10. diſp. 16. ſect. 3. & eſt communis, niſi ratione ſcandali, vt ſi peccatum Epiſcopi eſt publicum ratione cuius verbum Dei fit contemptibile; nàm exempla plus mouent, quàm verba. Vnde Ioann. 9. dixerunt cæco nato: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? vel ratione contemptus, vt ſi quis ex contemptu verbi Dei, pro nihilo ducat in eo ſtatu prædicare, vel quando peccatũ influit in ipſum actum prædicationis vtendo concione tamquã profana declaratione, Caet. late tom. 2. Opuſc. tract. 10. Suarez loc. cit.

Ad doctrinam Epiſcopi pertinet, vt ſit diligens in erectione Seminarij iux. Conc. Trid. ſi Eccleſia eſt pauper, debet eligi Magiſter Scholæ, qui gratis pauperes Grammaticã doceat, & in Cathedralibus debet inſtitui præbenda Theologalis d. c. 1. ſeſſ. 5. de refor. c. de quibuſdam diſt. 38. c. quia nonnulli, de magiſtris. Beatus Carolus Borromeus cum adhuc ex Eccleſiaſticis redditibus Seminario ſumptus ſuppeditari nequirent, ex ſuis redditibus dari iubet.

7 Tenetur Epiſcopus compellere Parochos ad prædicandum Dominicis diebus, & feſtis d. c. 2. ſeſſ. 5. & propterea ante Miſſam Parochialem ſunt prohibendæ aliæ Miſſæ priuatæ, vt populus audiat concionem c. & hoc attendendum, de conſ. diſt. 1. Debet etiam vigilare vt Parochi doceant pueros doctrinam Chriſtianam in diebus feſtis iuxta Conc. Trid. d. c. 4. Vtile eſt etiam, quando de mane congregantur pauperes in domo Epiſcopi pro eleemoſyna habenda, mandare vt recitent ſalutationem Angelicam, orationem Dominicalem, Symbolum fidei, in vulgari ſermone, Salue Regina, & doctrinam Chriſtianam, ſicut à

cut à pluribus Epiſcopis fieri vidi.

8 Sed an Epiſcopus poſſit ſalua grauitate, legere Clericis caſus conſcientiæ?aliqui dicebant quòd non,ſed inſania mera eſt tale quid aſſerere, immo hoc eſt præcipua pars prædicationis docere Clericos qui habent regere animas aliorum. Probatur in c. placuit 10.q.3. expreſſe promittitur ab Epiſcopo in conſecratione, nempe Decretales Epiſtolas reuerenter ſuſcipere, ſeruare,& docere, nec grauitas minuitur, ſed augetur,dũ munus Epiſcopale impletur;prouenit etiam vtilitas magna ex tali lectione Epiſcopi: nam Clerici audientes Canones, detegũt omnes defectus diœceſis Epiſcopo, quibus prouidere poteſt; & ita ego expertus ſum, vt arbitratus fuerim, lectionem caſuum conſcientiæ eſſe ſummè neceſſariam, ac inter præcipuas Epiſcopi ſollicitudines.

9 Quinimmò ſub peccato mortali præcipitur Epiſcopis quòd promouendos in Sacerdotes per ſe ipſos,vel alios idoneos inſtruant in Sacramentis,& diuinis officijs c. cum ſit, de ætat. & qualitat. quod nos ſeruauimus.

10 Peccat Epiſcopus mortaliter non eligens idoneos Prædicatores ex c. inter cætera,de officio Ordinarij. & ideo non ſtatim debet promittere conciones,niſi habita informatione de eorũ idonitate. Vtile eſt per plures menſes ante Quadrageſimam illos eligere, & inſtruere,vt prædicent vtilia,& non vana,quia illos admonere in fine Caniſpriuij videtur inutile; cùm compoſuerint conciones.

11 Ex non prædicatione Epiſcoporum nonnullas hereſes ortas eſſe tradit Alphõſus de Caſt.de Iuſt.hæret pun.lib. 3. c.4.ſi.n. Epiſcopi Germaniæ laboraſſent,& reſtitiſſent Lutero,veriſimile eſt Principes ipſius hæreſibus non ſubſcripſiſſe,& Huſſitarũ hæreſis fertur fuiſſe cauſã Pragẽſis Archiepiſcopi negligentiã.

12 Vtiliſſimum diſpenſare, & donare Clericis diœceſis libros caſuum conſcientiæ, & alios ſpirituales, & vtiles; nàm valde ædificant, ſicut è conuerſo libri hæreticorum deſtruunt. Dixi donare, quia non omnes Clerici habent facultatem emendi, &;Diabolus ponit plura impedimenta.Ita ſeruabat Beatus Carolus Borromeus, qui Laicis etiam illos donabat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tenetur intereſſe diuinis officijs diebus Dominicis & feſtis ſolemnibus.*

2 *Epiſcopus an conuenienter poſſit quotidie intereſſe choro,& cum Canonicis pſallere.*

3 *Epiſcopus quando tenetur intereſſe choro an teneatur pſallere.*

CAPITVLVM. XXXIII.

De obligatione Epiſcopi conueniendi in choro cum Canonicis.

1 MEmor eſſe debet Epiſcopus, vt dum reſidet ſingulis Dominicis anni interſit diuinis officijs cum Canonicis c.Epiſcopus, de Conſec. diſt.3. quod de alijs ſolemnibus feſtis intelligitur,Turrecrem. ibi, Abbas in c.magnæ,de voto, aliàs peccat, niſi in infirmitate, vel alio legitimo impedimento fuerit legitimè detentus. Caet. in ſum. in verbo,Epiſcoporum peccata.

2 Sed eſt dubium, an conuenienter Epiſcopus poſſit quotidie intereſſe choro,& cū Canonicis pſallere? Toſt.lib.2.Reg.c.6.q. 19. dicit Epiſcopum hoc caſu peccare mortaliter, quia perderet grauitatem quam ſeruare tenetur: Sed re vera eius opinio non placet. Nā licet in Epiſcopo grauitas requiratur, nō amittitur canendo in choro; ſi enim hoc eſſet indignum, non permiſiſſent Canones poſſe Epiſcopum eſſe Canonicum in eadē Eccleſia,& debere fungi iure Canonicali. c.Poſtulaſtis,de cōceſſ. præbendæ c. à collatione, de appell. in 6.c. cum in Eccleſia, de præben.eod.lib.cum alijs,& clarum eſt Canonicos teneri pſallere. Præterea Epiſcopus in Eccleſia ſedet in eminentiori loco c.Epiſcopus.diſt.95.& ſic grauitatem retinet, ſecus, ſi cū alijs ſederet æqualiter. Id etiam reſeruauerunt Sancti, vt legitur de Sancto Antonino apud Surium, quòd quotidie pſallebat cum cæteris in choro: idem ſeruauerunt Sanctus Anſelmus Epiſcopus, S. Nicolaus Epiſcopus Myrenſis, S. Ambroſius,

S. Thomas

S. Thomas Cantuarienſis, Beatus Carolus Borromeus, diebus feſtis in Eccleſia diuinis officijs aſſiſtebat cum cæteris, altè recitans ſeu canens, ac Sacerdotis chorum ducentis partes ſemper ipſe agebat, & ita plerique alij ſeruauerunt. Quando vero prædicatio impeditur non licet Epiſcopo intereſſe choro, S. Thomas 2. 2. q. 91. art. 2. ad 3. Turrecrem. in c. in ſancta. diſt. 92. nec etiam liceret canere cantu figurato, quia grauitas minueretur, Turrecrem. ibidem.

3 Sed an quando Epiſcopus tenetur intereſſe diuinis officijs ſit obligatus ad canendum voce, vel ſufficiat aſſiſtere? Caetanus in verbo, horæ Canonicæ, in ſumma §. 4. dicit, maiores in choro non debere cantare, ſed meditari, quæ ab inferioribus cantantur: quod puto verum, ſaltim ex conſuetudine, non autem quando Epiſcopus eſſet Canonicus, vt poſſit lucrari fructus ex Bulla Pij v. de diuinis officijs. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 12.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus non viſitans diœceſim.*
2 *Epiſcopus qui accipit pecuniam, vt non viſitet, debet deponi.*
3 *Peccat Epiſcopus non prædicans in Viſitatione.*
4 *Articulos fidei tenetur quilibet ſcire explicitè de neceſſitate ſalutis.*
5 *Peccat Epiſcopus non ſeruans Canones de Viſitatione.*
6 *Peccat Epiſcopus reprehendẽs Clericos in Viſitatione coram Laicis, maxime Curatos.*
7 *Peccat Epiſcopus non procedens cum charitate in Viſitatione.*
8 *Epiſcopus in Viſitatione debet inſtruere Clericos in Sacramentis, & diuinis officijs.*
9 *Peccat Epiſcopus circa denuntiationem peccatorum in Viſitatione, & quando.*
10 *Epiſcopus pluries in anno viſitans, quot procurationes recipiat.*

Digitized by Google

CAPITVLVM. XXXIIII.

De peccatis Epiſcopi in Viſitatione.

Viſitationis diœceſis vtilitas; liquet ex Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 24. de reform. dum finis eius eſt, ſanam Orthodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus, ad religionem, pacem, innocentiamque accendere. Et in Pontificali ponuntur cauſæ Viſitationis, nempè, ad abſoluendas animas defunctorum, ad inquirendum de regimine Eccleſiarum, de cultu diuino, de vita miniſtrorum, ad corrigenda adulteria, ſacrilegia, diuinationes, & alia delicta, ad abſoluendum à caſibus reſeruatis, ad conferendum Sacramentum confirmationis, ad prædicandum populo pœnitentiam, ad inſtruendum in Sacramentis.

1 Ex quibus deducitur, Epiſcopum grauiter peccare, ſi ſingulis annis, vel quolibet biennio (ſi diœceſis eſt ampla) per ſe, vel ſi fuerit legitimè impeditus, per alium, diœceſim non viſitauerit iuxta c. decernimus, c. Epiſcopum, c. placuit. 10. q. 3. Conc. Trid. d. c. 3. Medina de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1. Accendi debet Epiſcopus illo viuo exẽplo, & inſtructione Saluatoris noſtri, qui cùm eſſet Paſtor bonus, circuibat omnes ciuitates, & caſtella, docens in Synagogis eorum, prædicans Euangelium regni, curans omnem languorem, & infirmitatem, videbat turbas, & miſerebatur eis, quia erant vexati, & iacentes ſicut oues non habentes Paſtorem. Matt. c. 4. & c. 9. Quæ Chriſti actio eſt noſtra inſtructio, vt diſcurrentes per diœceſim animarum ſaluti incumbamus; Beatus Carolus Borromeus, quanquam grauiſſimis negotijs iuriſdictionis eſſet occupatus propter Senatores ab ipſo excommunicatos, paſtoralia munera non omittebat, & diœceſim viſitabat diſcurrens perſonaliter per loca aſpera, & montium altitudines, lacry-

mas

mas ſæpe fundens ob Clericorum flagitia, malos mores, irreuerentiam circa cultum diuinum, maxime circa Sanctiſſimam Euchariſtiam.

2 Secundò, Epiſcopus qui accipit pecuniam, vt non viſitet, peccat grauiſſimè, & debet deponi, quia eſt pecuniam accipere pro offenſis Dei non puniendis c. ſi quis Epiſcopus, diſt. 83. vbi Turrecrem.

3 Tertiò, peccat Epiſcopus, qui in Viſitatione non prædicat populo, & relinquit monita ſalutis. Caet. in ſumma, in verb. Epiſcoporum peccata. probatur in d. c. placuit, in c. Romana. S. ſanè, de cenſib. in 6. Abb. in c. inter cætera, de off. Ordin. Turrecrem. in c. cauendum. 10.q.1. Bertacch. de Epiſcopis 2. part. q. 97. Perſonis ſimplicibus, & ruſticis hæc monita vtilia eſſe cenſui, & expertus ſum.

4 Primùm, vt omnes credant articulos fidei explicitè, quia hoc eſt de neceſſitate ſalutis, alias verò quæſtiones ſufficit credere implicitè, dicens: credo quod credit ſancta mater Eccleſia. S. Thomas 2. 2. q. 2. art.8. communiter receptus, quàmuis eſſet veniale graue non ediſcere, & memoriæ mandare Symbolum Apoſtolicum, & orationem Dominicam Latine vel alia lingua. Nauar. c. 11. num. 22.

Secundùm, deberent Epiſcopi docere contritionē peccatorum, vt in aliquo periculo ſubditi conſtituti conentur dolere de peccatis propter offenſam Dei ſummè dilecti, cum propoſito abſtinendi in futurum, & confitendi tempore debito, vt poſſint ſaluari, notificans illis, quòd ſola attritio ſine abſolutione Sacramentali eos non ſaluabit.

Tertiùm, vt fugiant tamquam peſtem excōmunicationem, qua nihil in hoc mundo formidabilius iuxta S. Auguſtinum in c. nihil. 11.q.3. qui ſolebat dicere grauius eſſe homini excommunicari, quàm ſi feriretur gladio, ſi à feris deuoraretur, ſi in flammis vreretur, vt ibi refert Turrecrem. adducens aliqua exempla de quibus in c.58. vbi latius.

Quartùm, quòd caueant ab occupatione bonorum Eccleſiæ quæ dicuntur patrimonium Crucifixi c. cum ſecundum, de præben. c. cum ex eo, de elect. in 6. propter maledictionem

cum deſolatione familiarum, de quo agemus in c. 66. vbi ponemus aliqua exempla.

Quintùm, vt vitent omnem vſuram,& ſignanter illam,quæ committitur in accipiendo plus propter dilatam ſolutionem, vel minus propter anticipatam c. in ciuitate,de vſuris,quæ eſt frequens, & ignoratur à ſimplicibus.

Sextùm, vt vitent teſtimonia falſa, notificando illis, quòd quando ſimul plures concurrunt principaliter ad falſum deponendum,quilibet tenetur inſolidum ad intereſſe: & ſi depoſuerint contra innocentem, debent ſe manifeſtare Iudici cum periculo vitæ, quando innocens eſt in eodem periculo, cum melior ſit conditio innocentis iuxta communem.

Præterea vt abſtineant ab alijs peccatis maximè à ſuperſtitionibus,ſint deuoti Beatiſſimæ Virginis,miſericordes animarum in Purgatorio exiſtentium, comitentur Sanctiſſimum Sacramentum dùm defertur, corpora defunctorum, ſint reuerentes erga parentes, ne à Deo maledicantur, & alia monita, prout magis expedire Epiſcopus iudicauerit.

5 Quartò, peccat Epiſcopus qui non ſeruat Canones de Viſitatione, & ſpecialiter formam capituli.Romana, de cenſibus in 6. Caetan. in verb. Prælat. in d. c. in fine eſt præceptum, & ideo mortale, niſi quatenus fuerit reformatum à Conc.Trid.

6 Quintò, peccat Epiſcopus qui inconſideratè in Viſitatione reprehendit Clericos in præſentia Laicorum, quos ſemper Clericis fuiſſe valdè infeſtos tradit antiquitas c. vt iuxta, vbi Gloſ. de off. Ordin. c. Clericis, de immunitate Eccleſiæ in 6. maximè Parochos, quia populus debitam obedientiam, & reuerentiam non exhiberet: exemplo Moyſis,qui Aaron coram populo noluit reprehendere, vt conſiderat Philippus Diarez in ſum.prædicantiũ,in verbo,Prælatus,& ideo non poteſt Epiſcopus facere edictũ, nec publicè monere populum ad denuntiandum delictà Rectoris,vel aliorum Clericorum, nec procedere per occultas cartulas contra illos oblatas, ſed ab aliquibus perſonis fide dignis poterit ſe informare de eorum vita, & officio ſecretè.Specul. de inquiſit. §. Quando.Socin. de Viſit. lib. 10. q. 1.

7 Sextò,

7 Sextò, peccat Epiſcopus, non procedens in Viſitatione cū charitate circa Clericos, ſed ſtatim illos ſuſpendit, ſi non inuenerit benè inſtructos.

8 Nam debet illos inſtruere circa Sacramentorum adminiſtrationem. & diuina officia peragenda, vt dicit text. in d. c. Placuit, & ibi Gloſa notat contra Prælatos, qui ſtatim ſuſpendunt: & ſi reperit defectus in titulis beneficiorum, poterit concedere terminum ad impetrandum diſpenſationem à Papa. nec poteſt in Viſitatione imponere pœnam ordinariam, quando procedit non compilato proceſſu, ſed ad morum correctionem, vt declarauit Sacra Congregatio, & diximus in praxi Archiepiſcopali cap. 21. Et quando proceditur per inquiſitionem, imponitur mitior pœna. Abb. in c. qualiter, & quando, de accuſationibus.

9 Septimò, peccat Epiſcopus qui in Viſitatione nō mādat ſub pœna excommunicationis, vt denuntientur quæ ſint corrigenda iux. dictum capitulum. Romana. S. ſanè, & alia delicta publica, vt ſuperſtitiones, concubinatus, vſuræ, & ſimilia, quod facere debet, & poteſt ſub pœna excommunicationis, licet non exigere iuramentum iuxta dictum S. ſane, & ibi Innocen. Archidiac. Ioannes Monac. & diximus latius in praxi d.c.21. & poſtea non monet populum, vt non denuntient peccata occulta, ita Nauarr. in c. inter verba 11. q. 3. Coroll. 47. quòd ego limito in peccatis, quæ tendunt in perniciem publicam, quæ ſunt denuncianda etiam Iudici Laico ad finem puniendi, & talia committunt hæretici, necromantici, ſtriges, aſſaſſinij, proditores ciuitatis, graſſatores viarum, falſantes monetas, & ſimiles, qui ſunt denuntiandi etiam ſi ſint occulti S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ibi Caet. Vannes, Petrus de Aragon. Salon. niſi pro certo ſciatur tales perſonas eſſe emendatas iux. S. Thomam ibidem: qua de re benefacit Epiſcopus monendo, vt non denuntientur delicta, quando perſonæ ſunt certò emendatæ: poſſunt etiam denuntiari quælibet delicta occulta Epiſcopo, ſi denuntiantur tamquàm patri, & perſonæ quæ poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, Sylu. in verb. familia. Sotus de ratione tegendi, membr. 2. q. 2. Nauarrus vbi ſupra num. 783. & latius

limi-

limitando diximus in Praxi Archiepiſcopali cap. 2.

10 Propter vtilitatem Viſitationis, benefaceret Epiſcopus, ſi pluries in anno ex improuiſo viſitaret diœceſim, vel aliquas Eccleſias curatas, quamuis non poſſet accipere, niſi ſemel in anno procurationem; ſed ſi ex culpa Clericorum eſſent Eccleſiæ viſitandæ ſæpius, quia indigent reformatione, & correctione, poſſet pluries exigi procuratio: non debet ipſis Clericis imputari, qui tales ſe reddunt. Ita Archid. & Præpoſitus in cap. Epiſcopum 10. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in Viſitatione non debet quærere quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, & debet ſeruare grauitatem & auaritiam fugere.*

2 *Epiſcopus in Viſitatione, præter procurationem ab Eccleſiis nil muneris accipere poteſt.*

3 *Epiſcopus ſi receperit procurationem in pecunia quæ illi ſuperſit pro victu, an quod ſupereſt teneatur reſtituere.*

4 *Epiſcopus viſitans an poſſit recipere munera à Laicis Syndicis, vel Rectoribus vniuerſitatum.*

5 *Epiſcopus finita Viſitatione, an poſſit aliquid recipere à Clericis.*

6 *Epiſcopus Viſitans an poſſit fragmenta, quæ remanent in menſa ad domum portare, ſaltim pro facienda eleemoſyna.*

7 *Epiſcopus viſitans an poſſit recipere munuſcula comeſtibilia.*

8 *Epiſcopus an poſſit recipere munera à Clericis perſonaliter viſitatis qui veniunt ad eius domum.*

9 *An procurationem ab Eccleſiis ciuitatis, an à Laicis, an ab hoſpitalibus, an vecturas, & ferraturas equorum.*

10 *Quot euectiones ſecum ducere poſſit.*

11 *Prandium eius quale eſſe debeat.*

12 *Procuratio, quando Epiſcopo debeatur, & quanta.*

13 *Viſitati ſi elegerint vno anno procurare Epiſcopum in pecunia, an poſſint compelli anno ſequenti.*

14 *Notarius Viſitationis quid poſſit accipere.*

15 *Epiſcopus viſitans Monaſteria Monialium debet habere ſecum duos Canonicos Cathedralis.*

16 *Epiſcopus accedens ad Eccleſias diœceſis cauſa confirmationis tantum, an dicatur viſitare, & poſſit recipere procurationem.*

17 *Epiſcopus quando viſitat per alium quid poſſit exigere.*

CAPI-

CAPITVLVM. XXXV.

De ſcandalo, & alijs peccatis ab Epiſcopo vitandis in Viſitatione.

1 VIgilare debet Epiſcopus ne in Viſitatione magis deſtruat, quàm ædificet, ſcandalizando populum: quod de facili eueniet, ſi grauitatem non ſeruabit, vacando magis conuiuijs, ludis (quod Deus auertat) & ſi auaritiam ſectetur, quærens quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, cum filij non debeant theſaurizare parentibus, ſed è contra: & D. Paulus Epiſcoporum exemplar, cùm ad prædicandum ibat, ne alijs moleſtus eſſet, proprijs manibus laborabat, c. cognouimus, c. cauendum. 10. q. 3. c. cùm Apoſtolus. c. procurationes, de cenſibus. c. 1. §. procurationes in 6. eodem tit. Extrauag. vas electionis, de cẽſibus, & Paul. 2. ad Cor. 12. Nõ enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Et Prælatus quærens quæ ſua ſunt, id eſt commoda temporalia, dicitur mercenarius c. ſunt in Eccclesia 8. q. 1.

2 Vnde Epiſcopus in Viſitatione præter procurationem ab Eccleſijs nihil muneris accipere poteſt, non ipſe, nec quiſquã ſuorum ſub quouis nomine ſub pœna maledictionis, & reſtituendi duplum infra menſem, & poſt menſem interdicti ingreſſus Eccleſiæ non obſtante remiſſione partium d. §. procurationes, & c. exigit, eodem tit. & lib. quod innouatur à Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 24. de reform. ſed pro maiori declaratione.

3 Primò quæritur, ſi viſitati elegerint præſtare procurationẽ in pecunia quæ ſuperſit pro victu Epiſcopi, an quod ſupereſt, debeat reſtitui ab Epiſcopo? Et dicendum eſt quòd ſic. Primò quia pecunia ſuccedit loco victualium: ergo eandem naturam ſortiri debet. l. 1. c. de rei vxor. act. ſed victualia quæ ſuperſunt non poſſunt ad domum portari, neque fragmenta. Clem. 2. de cenſi. vbi DD. & infra dicemus. Secundò quia pecunia poteſt licitè accipi pro ſumptibus tantum moderatis faciendis

c. fœ-

c. fœlicis de cenſib. in 6. ergo quod ſupereſt, eſt reſtituendum. facit quod not. Ioan. And. in addit. ad Specul. de teſtibus, dicit qualiter, quòd ſi teſtis pro expenſis faciendis in itinere habuit à parte quæ tenetur ad id, decem ſolidos, & quinque expenderit, debet alios reſtituere; idem Paul. & com. in l. quoniam c. de teſtibus, & dicit Dyn. in l. Lucius ff. de legat. 2. quòd Ambaſciator qui recipit pecuniã pro ſumptibus pro vno menſe, ſi expediat ſe ante menſem, debet reſiduum pecuniæ reſtituere, & ſic concludo Epiſcopum non reſtituentem, non euitare pœnas recipientis aliquid vltra procurationem: Canones enim tollunt omnem fraudem, quo ad hoc d. §. procurationes.

4 Secundò quæritur, An Epiſcopus poſſit recipere munera non à Clericis, ſed à Laicis Syndicis, & Rectoribus Vniuerſitatum, & videtur quòd non, ſine incurſæ pœnæ ſupradictæ. Siquidem dict. §. procurationes prohibet recipi munera à viſitatis; ſed Epiſcopus non ſolum viſitat Clericos, ſed etiam Laicos, & eos viſitare tenetur dum diœceſim viſitat c. 1. in principio, & §. 1. de cenſibus in ſexto. Præterea receptio munerum prohibetur, ne Epiſcopus videatur quærere quæ ſua ſunt dict. §. procurationes, quæ ratio militat tam in viſitatione Clericorum quàm Laicorum. In contrarium facit tex. in dict. c. exigit, vbi dicitur reſtitutionem muneris faciendam eſſe Eccleſiæ à qua fuit receptum; ex quo induci videtur eſſe prohibitam receptionem munerum ab Eccleſijs. Arbitrarer, Epiſcopum non poſſe recipere munera ab Vniuerſitate, quia donare non poteſt. l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. faciend. & licet aliqua munera poſſet donare Legatis, & Ambaſciatoribus venientibus ad eam iuxta Bart. ibid. Tamen nefas eſt Epiſcopo accipere dicta munera, cum ſint bona pauperum, quibus ipſe debet ſubuenire, ſi tamen vellet aliquod munus accipere, & ſtatim donare infirmis, aut alijs pauperibus illius loci, laudabile eſſet; ſi verò vellet leuia munera ſecum deferre, poſſet. l. ſolent. ff. de offic. Proconſ.

5 Tertiò quæritur, An poſſit Epiſcopus finita Viſitatione dũ diſcedit à locis viſitatis recipere munera? Aliqui dicunt, quòd ſic, cum

ſic, cum non agatur amplius de Viſitatione. Sed verum non videtur, nàm ſi Epiſcopus non poteſt fragmenta, quæ remanent in menſa finita Viſitatione ad domum portare, vt ſupra diximus, tanto minus alia munera: præterea fieret fraus legi, eo magis quòd munera ſolent donari Epiſcopo in diſceſſu, & omnis fraus eſt ſublata circa munera recipienda. d. §. Procurationes, ibi. Volumus enim in his fraudem aliquam penitus euitari. & ſic cenſeo eſſe locum pœnæ d. cap. exigit.

6 Quartò quæritur, an poſſit Epiſcopus fragmenta notabilia ad domum portare pro erogando pauperibus? Et dicendum eſt quòd non, ſed tantum quæ remanent poteſt Epiſcopus erogare pauperibus illius loci, quem viſitat, & non alijs. d. Clem. 2. vbi omnes.

7 Quintò quæritur, an poſſint recipi munuſcula comeſtibilia, & alia leuia? Et placet opinio Ioann. And. & Dom. in d. §. procurationes; quòd non licet recipere eſculenta, & poculenta ad domum portanda, ſed tantum ibidem comedenda, facit quia nec fragmenta deferri poſſunt.

8 Sextò quæritur, an poſſint recipi munera à Clericis viſitatis perſonaliter, qui accedunt ad domum Epiſcopi? Et quamuis in dicto cap. exigit, colligatur munera non poſſe recipi, quando viſitantur Eccleſiæ: tamen propter generalitatem textus in d. c. 1. §. caueat, & Conc. Trid. d. c. 3. & ad tollendum ſcandalum, & propter honeſtatem, & vt Clericorū correctio liberè fieri poſſit, dicerem eſſe abſtinendum: ſi tamen Epiſcopus miniſtraret victum Clerico, poſſet recipere munus, & cōpenſare.

9 Septimò quæritur, an poſſit recipi procuratio ab Eccleſijs ciuitatis? De iure antiquo omnes concludunt quòd ſic, & cap. cum Venerabili, de cenſib. etiam quòd Epiſcopus completa Viſitatione pooſſet redire ad domum, quia procuratio non ſolum debetur ratione intereſſe, ſed pro officio, & in ſignū ſubiectionis. Hoſtien. Abbas, & alij in d. c. cum Venerabili. Sed poſt Conc. Trid. d. c. 3. per illa verba, pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra, videtur dicendum contrarium, quando Epiſcopus poſſet redire ad domum, & quàmuis dicta verba poſſint intelligi pro neceſſitate temporis, id eſt, pro diebus quibus ſit

bus ſit

bus ſit Viſitatio, & non vltra, iuxt. c. fœlicis de cenſib. in 6. tutius eſt abſtinere.

Octauò quæritur, an procuratio à Laicis exigi poſſit quando viſitantur loca pia quæ ab ipſis adminiſtrantur? Et verior eſt opinio, quòd ſic per text. in c. cauendum 10. q. 3. Socin. de Viſitat. lib. 11. q. 5. Niſi conſuetudo eſſet in contrarium quæ ſeruanda eſt. Conc. Trid. in d. c. 3.

Nonò quæritur, an procuratio poſſit recipi ab hoſpitalibus? magis communis opinio eſt, quòd non, ſunt enim bona talium locorum inſtituta, vt deſeruiant pro ſuſtentatione pauperum tantum. ita Lapus in tract. de hoſpit. 96. num. Bonifac, Card. Imol. in Clem. quia contingit. de Religioſis domibus.

Decimò quæritur, an Epiſcopus poſſit exigere vecturas, etiã ferraturas equorum, & alias impenſas, quas fecit in via? DD. in d. §. procurationes, communiter concludunt, quòd non, ſed tantum victualia pro equis, de ferraturis eſt. tex. in Clem. 2. de cenſib.

10 Vndecimò quæritur, quot euectiones Epiſcopus ſecum ducere poſſit? Conc. Trid. d. c. 3. dicit debere eſſe modeſtũ equitatum: itaque arbitrio Epiſcopi remittitur, qui conſiderata locorum diſtantia, paupertate, & alijs arbitrabitur. Communiter in quouis Epiſcopatu deberet eſſe contentus Epiſcopus, ſex equis, Vicarij tribus, cum aliquibus pedes tribus, vt habetur in Concilio Prouinciali Senenſ. de Viſit. c. 3. ſed B. Carolus, vt ſupra commemorauimus, in ampliſſima diœceſi Mediolani, non amplius quàm duodecim, vnumque clitellarium, mulum ſecum ducebat.

11 Duodecimò, prandium Epiſcopi in Viſitatione ſufficit mediocre c. illud 10. q. 3. & propterea aliqui Epiſcopi notificant Rectori cibos quos præparare habet, mandantes quòd nihil aliud præparet, ne Rector faciat magnum conuiuium timore Epiſcopi, ne forte indignetur: & procuratio eſt recipienda ab Epiſcopo cum charitate c. cauendum 10. q. 3.

12 Decimotertiò, notandum, quòd Epiſcopus non poteſt recipere procurationem; niſi in duobus caſibus, videlicet Viſitatione, & conſecratione Eccleſiæ, c. cum ſit Romana, de Simon.

vbi,

vbi, DD, & non debetur, niſi vnica procuratio vna die, etiam ſi viſitentur plures Eccleſiæ, quarum quælibet poſſet præſtare procurationem c. fœlicis. de cenſib. in 6. & pauperes non tenentur ad procurationem. Gloſ. & Abb. in c. cum inſtantia, eod. tit. & cum plures Eccleſiæ ſint pauperes, plures coniunguntur in vnam d. c. procurationes, & procuratio non debetur niſi illis diebus, quibus viſitatio fit, & non alijs d. c. fœlicis, & Epiſcopus debet quanto citius ſe expedire, & vna die ſi poteſt. Abb. in d. c. procurationes; & ſi Epiſcopus tempore Viſitationis, fiat infirmus, non debet habere procurationem: Bonifac. in Clem. Ad noſtram, de cenſibus n. 87. & Epiſcopus viſitans, non debet ſecum ducere canes venaticos, accipitres, & falcones c. cum Apoſtolus, de cenſib.

13 Decimoquartò, quæritur, ſi viſitati vno anno procurauerint Epiſcopum in pecunia, an poſſint compelli anno ſequenti? Dicendum eſt quòd non, ſed poſſunt variare. Ioann. Andr. in d. c. fœlicis.

14 Decimoquintò, quæritur, quid poſſit accipere Notarius Viſitationis? communis reſolutio eſt in d. §. procurationes, quòd Notarius, Scriptor, vel Secretarius, ſi non habent ſalarium de publico, poſſunt aliquid accipere, aliàs nō; & animaduertere debet Epiſcopus ne pluſquam ipſis debetur accipiant: quia aliqui pro reuiſione rationum alicuius Confraternitatis cum modico labore legendi paruum quinternum, ſolent exigere viginti vel triginta Iulios, quod tolerari non debet; Nauar. verò in conſ. 1. de cenſibus, dicit, quòd ſi Notarius eſſet de familia Epiſcopi, non poteſt aliquid accipere, per Concil. Trid. d. c. 3. ſed eius opinio non placet.

15 Decimoſextò, notandum, quòd Epiſcopus viſitans Monaſteria Monialium, pro maiori honeſtate, & pro euitando ſcandalo debet habere ſecum duos Canonicos Eccleſiæ Cathedralis. Clem. Attendentes. de ſtat. monac. non Eccleſiæ inferioris. vt ibi notat Bonifac. contra Gloſ.

16 Decimoſeptimò, notandum, quòd Epiſcopus dicitur viſitare, etiamſi accedat cauſa Confirmationis tantum, vel conſecrationis Eccleſiæ, ſiue pro quocumque alio negotio communi.

Digitized by Google

muni. Innocent. in c. 1. de cenſib. in 6. Archid. Præpoſ. Turrecrem. in c. cauendum 10.q. 3. Socin. de Viſit. lib. 11. q. 5. & ſic poterit recipere procurationem. Sed an pro reconciliatione Eccleſiæ, vide infra.

17 Quid ſi Epiſcopus viſitat per alium, an poſſit exigere procurationem in pecunia conuenta pro ſe? Dicendum eſt, quòd non, ſed tantum pro procuratione Vicarij, qui viſitat, Gloſ. in d. c. fœlicis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam vel Cappellam patronatam quis teneatur reparare, & paramentis inſtruere.*
2 *Rector Eccleſiæ quando teneatur impendere omnes redditus in eius reparationem.*
3 *Peccat mortaliter Clericus non reparans Eccleſiam.*
4 *Fundans Eccleſiã, & non perficiens poteſt ab Epiſcopo compelli.*
5 *Tempus ad perficiendum Eccleſiam quod ſit.*
6 *Dos Eccleſiæ quanta eſſe debeat.*
7 *Epiſcopus an poſſit redditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Eccleſiæ Cathedralis.*
8 *Epiſcopus an poſſit redditus vnius Eccleſiæ diuitis aſſignare alteri Eccleſiæ pauperi.*

CAPITVLVM. XXXVI.

De ſollicitudine Epiſcopi circa reparationem Eccleſiarum.

1 VIgilare ſummoperè debet Epiſcopus pręcipuè in Viſitatione circa Eccleſiarum, & Cappellarum reparationem, dotationem earumque paramenta, & alia neceſſaria c. Epiſcopum. 10 q. 1. exemplum ſingulare præſtitit Dauid qui dixit Nathan Prophetę: Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem Domini ſub pellibus eſt; & propoſuit ædificare templum. Quod debent conſiderare omnes diuites

Digitized by Google

diuites,ſed præcipuè Epiſcopi. 1. Paralipomenon c. 16. Hinc oritur dubium, ſi Eccleſia vel Cappella eſt de iure patronatus qui tenentur eam reparare, & inſtruere paramentis, alijsque neceſſarijs dicendum eſt,quòd ſi patronus non dedit dotem ſufficientem pro victu Sacerdotis, pro luminaribus, & alijs neceſſarijs ipſe tenetur ad iſta, quia fundans Eccleſiam tenetur prædicta præſtare, c. nemo, de Conſecrat. diſt. prima. Nam eo ipſo quòd fundat Eccleſiam, videtur ſe obligare ad omnia neceſſaria. Præpoſ. Turrecrem. in c. placuit, q. 2. & ſi Eccleſia fuit fundata authoritate Epiſcopi ſine aſſignatione dotis, & neceſſariorum, poterit adhuc patronus compelli per Epiſcopum, & in eius defectum tenetur Epiſcopus, glos. in d. c. nemo,& in d. c.placuit, & ſic poterit in Viſitatione fieri præceptum patrono, vt infra competentem terminum prouideat de neceſſarijs, ſub pœna priuationis Iuriſpatronatus, & cappellæ; Non obſtat, cap. 1. & c. de His, de Eccleſijs ædificandis,in quibus locis dicitur Rectorem teneri,intelligitur quandò Rector recipit portionem pro fabrica,vt dicit ibi Innocentius in caſu ſequenti.

2 Secundo, ſolet dubitari, pone quòd Eccleſia non ſit patronata, & Rector non percipit ex ea fructus ſufficientes pro victu ſuo, nec pro fabrica,vel fundator eſt pauper, & Eccleſia indiget reparatione, vel paramentis, quid agendum? Et dicendum eſt,quod Rector tenetur eam reparare, & inſtruere & expendere omnes redditus,ita Innocent.& Abb. in d. c. De his, talis etiam præſumitur intentio fundatoris, quòd Eccleſia non debet corruere, ſed ex eiſdem redditibus reparari, & ſi fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet, arg. gloſ. in l. tale pactum. ff. de pactis.

3 Felin. in c. per tuas, el terzo, de ſimonia dicit, quòd clericus omittens reparare Eccleſiã ruentem peccat mortaliter, nec eum excuſat tenuitas reddituum Eccleſię,quia tenetur de proprio patrimonio, niſi eſſet pauper, allegat S. Thom. poſt Innocent. vbi ſupra, ſed Abbas intelligit patrimonium, ideſt partem ſibi debitã ex fructibus beneficij,& interim ceſſabunt onera:& prædicta intelligo,qñ redditus ſufficiunt pro reparatione

tione infra breue tempus,ſed ſi eſſent adeo tenuis,vt Eccleſia reparari non poſſet, niſi poſt longũ tempus, & difficiliter tunc facienda eſſet tranſlatio, ex Conc. Trident. c. 7. ſeſſ. 21. de reformat. Et ſic poterit Epiſcopus in Viſitatione ſequeſtrare fructus beneficiorum,vel parte illorum pro paramentis,& alijs neceſſarijs. Idem cenſeo quando Eccleſia eſt de Iure patronatus,ſed patronus eſt pauper ex prædictis.

4 Tertio ſolet dubitari in Viſitatione,quia aliquæ Eccleſiæ reperiuntur fundatæ, & non perfectæ, vel perfectæ, & non dotatæ; & dicendum eſt hoc caſu fundatores compellendos eſſe ab Epiſcopo ad perficiendum,& dotandum,glos.in d.c.nemo, tex.in c. ſicut, de Conſecrat.Eccleſiæ,vel altaris, & ibi Abbas.

5 Tempus autem ad perficiendum eſt annus,c. nos quidem, de teſtamentis, & vltra,arbitrio Epiſcopi; quando opus non poteſt perfici intra annum, iuxta omnes ibi.

6 Dos verò Eccleſiæ quanta eſſe debeat, ſufficit, ſi poteſt ſuſtentari vnus ſacerdos cum vno miniſtro, & ſi eſt Collegiata ſecundum qualitatem Collegij,& quantitatem Collegiatorum,Abb.notat in dicto c. cum ſicut.

7 Sed an Epiſcopus poſſit redditus benificiorum vacantium applicare fabricæ Eccleſiæ Cathedralis? Dicendum eſt ꝙ ſic,ad tempus, ſi redditus Epiſcopi, & Canonicorum non ſufficiunt accedentibus Canonicis, Ita Abbas in c.1. de Eccleſijs ædific. poſt Ioannem Andream in c. ſi propter, de reſcript. in 6. & eſt cõmunis,de qua teſtatur Felin. in c. cum acceſſiſſent, de conſtitut. dummodo alteri non competãt fructus primi anni, & ſic limitatur Clem. ſi vna, de reb. Eccleſiæ non alien.

8 An autem Epiſcopus poſſit de fructibus fabricæ vnius Eccleſiæ ſuperfluis,aſſignare fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis, Anton. de Burg. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num. 272. tenet quòd ſic per glos. in c. conſtitutus, de Relig. domibus, & glos. in c. 1. de rebus Eccleſiæ, in ſexto. Idem tenet Nauar. conſ. 11. de rebus Eccleſiæ alienan. ex pluribus, præſertim ex notatis per Abbatem in cap. expoſuiſti, de præben. ſed ad tollẽda ſcãdala conſulit in praxi, vt obtineatur licẽtia à Papa.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferens beneficium indigno peccat, & tenetur ad reſtitutionem, ſed ſi confert digno, ommiſſo digniori, ſolum peccat.*
2 *Dignitas in beneficijs quando conſideranda.*
3 *Scientia quæ requiratur in obtinente beneficium ſimplex, vel curatum.*
4 *Reſtitutio cui facienda ab Epiſcopo ob collationem beneficiorum factam indigno.*
5 *Epiſcopus an teneatur ad reſtitutionem digniori, cui non contulit parrochiam.*
6 *Epiſcopus conferens beneficium indignis, quomodo puniatur.*
7 *Collatio beneficij facta penitus illiterato eſt nulla.*

CAPITVLVM. XXXVI.

De vigilantia Epiſcopi circa collationem beneficiorum.

VIGILARE debet Epiſcopus circa collationem beneficiorum, & officiorum ſpiritualiũ, ſuper qua multipliciter peccare poteſt: proinde aduertendum, quòd iuxta S. Thomam 2.2.q.63.art.2. Epiſcopus non eſt dominus, vt poſſit miniſteria Eccleſiaſtica pro libito dare, ſed diſpenſator ſecundum illud 1. ad Corint. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Et ideo tenetur fideliter diſpenſare, aliàs non eſſet fidelis ſeruus.

1 Quo circa magis communiter concludunt Doctores, quòd

ſi Epiſcopus confert beneficium digno omiſſo digniori, peccat mortaliter, ſed non tenetur ad reſtitutionem, ſi verò eligit indignum, tenetur etiam ad reſtitutionem. S. Thomas loco cit. vbi Caetan. Sotus de iuſtitia, & iure lib. 3. q. 6. art. 2. Salon ſuper d. art. 2. diui Thomæ. Tolet. in inſtruct. Sacerdot. lib. 5. c. 14.

2 Dignitas autem conſideranda eſt, iux. S. Thom. & alios, non ſimpliciter ſecundum perſonam, ſed ſecundum finem boni communis. Vnde habita ratione ad bonum commune poterit eſſe minus ſciens, magis dignus, puta, quia erit ſufficiens ad euellendum hæreticos, vel ad cogendum potentes clericos vt ſeruent, quæ ſunt de vit. & honeſt. clericorum. S. Thom. vbi ſupra, & ibi Caet. ponit exemplum in eo qui vtilior eſſet ad temporalia bona, ſine quibus propter infirmitatem noſtram ſpiritualia ſubſiſtere non poſſunt, tunc cæteris paribus præponeretur; ſed quando cætera non ſunt paria, puta quia pro temporalibus eſt diligens, ſed ſpiritualia negligit, præferenda eſt vtilitas ſpirituali; temporali, quia illa eſt finis, quoniam temporalia data ſunt Eccleſiæ propter ſpiritualia; & iſta cõmuniter tenentur, regulariter autem dignitas conſiſtit, vt beneficiarius ſit moribus, & virtutibus ornatus, ſecundò prudentia, & ſcientia præditus, habeat ætatem, & alia requiſita à ſacris Canonibus.

3 Et ſcientia in beneficio ſimplici videtur ſufficiens, ſi quis ſciat legere, canere, & conſtruere, iux. glos. in clem. vnic. de conceſſ. præbendæ communiter receptam. In curato id non ſufficit, ſed neceſſe eſt, vt poſſit conferre Sacramenta, prædicare, iux. clem. dudum, de ſepult. & conc. Trid. c. 2. ſeſſ 5. de reform. & alia facere, quæ pertinent ad curam animarum, quæ ponit Hoſt. in c. omnis, de pœnit.

4 Quando vero reſtitutio eſt facienda propter promotionem indigni, verior eſt opinio, quòd ſit facienda Eccleſiæ cui nocuit. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. Nauarr. de redditibus q. 2. monit. 23. Salon ſuper d. q. 63. art. 4. controuerſ. 3. concluſ. 1. qui teſtatur de communi.

5 An

5 An autem quando Beneficium ex ſtatuto vel ordinatione teſtatoris debet dari digniori, maximè per concurſum, & oppoſitionem, Epiſcopus conferens digno teneatur ad reſtitutionem faciendam digniori. Salon d. art. 4. concl. 3. & 4. nititur probare reſtitutionem hoc caſu eſſe faciendam digno: nihilominus contrarium cenſeo verius, nam vt conſiderat Sot. d. art. 3. quòd beneficia debentur dignioribus, hoc non eſt propter ipſos, ſed propter Eccleſias, quibus miniſteria debentur. limito hanc concluſionem, vt non procedat in beneficijs curatis, quæ non ſolum ſunt conferenda dignioribus, ſed digniores habent ius ad rem perfectum, quod ſi reijciantur, poſſunt appellare ex bulla Pij V. In conferendis, & nulla eſt differentia inter iſtos, & legatarios habentes ius petendi legatū, quibus ſi non præſtetur, clarum eſt eſſe locum reſtitutioni. Faciunt tradita per Nauarr. in c. 17. nu. 74. qui concludit ius ad rem perfectum, tribuens facultatem petendi in beneficijs quæ dantur per concurſum obligare ad reſtitutionem impedientē, & in beneficijs conſiderantur ſeruitium, Eccleſiæ vtilitas, & honor obtinentium, quæ duo vltima, potuerunt etiam mouere Pontificem ad concedendum ius ad rem perfectum cum poteſtate appellandi: & de iure ius in re, & ius ad rem perfectum pari paſſu ambulant. Ita quod ſicut Papa in reſcriptis non intendit derogare iuri alteri quæſito in re, ſic, nec ad rem, quod quis habet ex electione, vel collatione, vt tradunt Gomes. Rebuff. in regula de non tollendo iure quæſito, ſed reſtitutio debet fieri arbitrio boni viri, tam digniori omiſſo quàm Eccleſiæ læſæ.

6 Inſuper notandum, quòd Epiſcopus conferens beneficia indignis vltra peccatum mortale, punitur pluribus pœnis relatis per Rebuff. in praxi de pœn. contra collatores.

7 Præterea animaduertendum quòd collatio beneficij facta penitus illiterato, eſt ipſo iure nulla, Innoc. Abb. & alij in c. cum noſtris, de conceſſ. præben. Felinus in c. per tuas, el 1. de Simonia. quod non procedit in eo, qui poſt collationem fuit oblitus, vel in eo qui antequàm declaretur priuatus, laborat, vt ediſcat litteras. Nauarr. in c. 2. de reſcript. except. 2. Circa

collationem vigilare debet Epiſcopus ne boues arent, & aſinæ paſcantur, iux. Iob. c. 1. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur: boues dicuntur viri laborantes, aſinæ pigri.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiũ quando poſſit conferri minus digno, omiſſo digniori.*
2 *Beneficium an ſit conferendum digno de gremio Eccleſiæ omiſſo digniori.*
3 *Idoneus de genere fundatoris an ſit præferendus magis idoneo extraneo in beneficijs.*
4 *Ciuis an præferatur extero in beneficijs.*
5 *Conſanguineus Epiſcopi an ſit præferendus alijs in beneficijs.*
6 *Epiſcopus an debeat inſtituere præſentatum idoneum, ſi magis idoneus non præſentetur.*

CAPITVLVM XXXVIII.

An liceat aliquando conferre beneficia digno, omiſſo digniori.

SVNT aliqui caſus, quibus licet conferre beneficium digno, omiſſo digniori, ſine peccato; pro quorum notitia notandum eſt.

1 Primò, quòd cæteris paribus ſemper eſt peccatum mortale eligere ad curam animarum dignum, omiſſo digniori; hæc eſt cõmunis opinio, de qua teſtatur, ac pluribus illam probat Salon ſuper D. Thom. 2.2. q. 63. art. 2. controu. 3. concl. 1. probatur in Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. & c. 18. præter reſtitutionem, vt ſupra dixi.

Secundò, animaduertendum, communem DD. Concluſionem eſſe, de qua teſtatur idem Salon. d. contr. 3. in princ. electionem digni excluſo digniori, eſſe tantũ peccatum veniale ex leuitate materiæ. Idque in tribus caſibus, primò, quando eſt exiguus exceſſus inter ipſa beneficia, licet ſit exceſſus nota-

Digitized by Google

notabilis inter perſonas; vt conferre beneficium centum digno, & digniori ſexagintaquinque: Secundò, quando eſt exiguus exceſſus inter perſonas, etiã ſi ſit exceſſus inter beneficia; vt ſi conferatur Petro digno beneficium centum, & Ioanni Paulo digniori ſexagintaquinque. Tertiò quando eligitur dignus omiſſo digniori, ſed beneficium vel munus eſt exigui momenti in Eccleſia.

2 Tertiò, notandum, quòd idoneus de gremio Eccleſiæ debet præferri cæteris paribus magis idoneo extero, iuxta Abb. in c. Conſtitutus, de appellationibus, & S. Thomas d. art. 2. Secundò, dicit valere ſtatuta Eccleſiæ, eligendi aliquem de gremio omiſſis alijs, quia ille qui de gremio Eccleſiæ aſſumitur, vt in pluribus conſueuit vtilior eſſe, quantum ad bonum commune, nam magis diligit Eccleſiam in qua eſt nutritus, probat in c. nullus, & c. obitum. 61. diſt. c. Metropolitano. diſt. 63. quod vtinàm ſeruaretur, vt beneficia ſemper illis, qui ſunt de Eccleſiæ gremio conferrentur, maius enim ſeruitium Deo præſtarent illi, qui videntes ſe in gradu minimo, pro certo haberent ad maiora eſſe promouendos, ſi bene ſe geſſerint; eſt enim valde rationi congruum, quòd qui in Eccleſia laborauit, in ea maiora beneficia conſequatur.

3 Quartò, Idoneus de genere fundatoris debet præferri extraneo. glos. in c. neminem, diſt. 71. quod ampliat Lambertinus, de iure patronatus lib. 2. part. 3. art. 6. quint. 9. princ. etiam ſi extraneus eſſet magis idoneus, quod non credo verum, ſed tantum cæteris paribus, ex dictis per D. Thomam d. art. 2. & in quodlibet. 4. q. 8. art. 15.

4 Quinto, Idoneus de eadem Ciuitate, debet præferri forenſi, glos. in d. cap. neminem, quod pariter intelligo, cæteris paribus, quicquid dicat Lambert. d q. 5. art. 5.

5 Sexto, conſanguineus Epiſcopi idoneus, iuxta ordinem charitatis debet præferri alteri æquè idoneo, ſed non magis idoneo, neque alteri quando adeſſet ſcandalum, ſi Prælatus conferret conſanguineis, quia alij ſumerent malum exemplum conferendi, etiam non idoneis, tunc Epiſcopus non debet conferre conſaguineis æquè idoneis. S. Thomas d. q. 63. art. 2.

& d. quolibet. 4.q.8. art. 15. dicit tamen Hoſt. quem ſequitur Antonius in c. Tuam, de ætat. & qualit. quòd Epiſcopus poſſet conferre beneficium ſimplex conſanguineo indigenti omiſſo digniori, non autem curatum, quod eſt notandum, nec S. Thomas loquitur quando conſanguineus eſt pauper, Salon vero ſuper d.q.63. art.4. concl.4. dicit, quòd ſi Epiſcopus haberet in animo ſemper conferendi beneficia cæteris paribus, conſanguineis; eſſet in periculo peccandi mortaliter, quia habens hunc animum, & affectum ſæpè merita imparia ob talem effectum, qui facile iudicium perturbat, iudicabit paria: ſicut ille Iudex, qui habet propoſitum cæteris paribus ſemper ferendi ſententiam pro amicis. Idem dicit Medina de pænit. lib. primo, c.16. §.1.

6 Vltimò, Epiſcopus non debet inquirere magis idoneum, quando habet confirmare electum, aut præſentatum, quia ſufficit quòd ſit dignus, nec poteſt compellere, vt præſentetur magis dignus. D. Thomas d. art.2. Caet. in Summa, in verbo beneficia Eccleſiaſtica. Eligentes verò, vel præſentantes minus dignum, in conſcientia peccant, licet in foro exteriori valeat electio. S. Thomas loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus, conferens plura beneficia vni.*
2 *Peccat Epiſcopus promittens beneficia vacatura.*
3 *Peccat Epiſcopus inſtituens præſentatos à patronis ſine probatione tituli.*
4 *Epiſcopus non poteſt mutare qualitates appoſitas in beneficijs.*
5 *Peccat Epiſcopus nolens admittere ad examen per concurſum volentes concurrere, niſi ſint notoriè inhabiles.*

CAPI-

CAPITVLVM. XXXIX.

De alijs peccatis Epiſcopi circa collationem Beneficiorum.

PECCAT Epiſcopus conferens plura beneficia vni. Hoſt. in Summ. de pœnit. §. cui Epiſcop. per c. ſinguli, diſt. 89. Conc. Trid. c. 17. ſeſſ. 24. de reform. ſed habenti vnum non ſufficiens ad victum, poteſt aliud ſimplex ſufficiens conferre. d. c. 17. Niſi Papæ diſpenſatio accedat, cuius eſt diſpenſare ſupra Canones, non Epiſcopi, niſi ei reperiatur expreſsè conceſſum. Innoc. Abb. in c. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum, quicquid dicat Salon ſuper D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 5. conclus. 2. qui dicit poſſe Epiſcopum diſpenſare hoc caſu in beneficijs ſimplicibus.

2 Secundo peccat Epiſcopus mortaliter promittens beneficia vacatura, quia inducitur votum captandæ mortis c. deteſtanda, de conceſſ. præben. in 6. Vbi Archid. & Ioan. And. Proinde poterit ſe excuſare cum impertinentibus petentibus tales promiſſiones.

3 Tertiò, peccat Epiſcopus grauiter inſtituens præſentatos à patronis abſque probatione tituli, iuxta Conc. Trid. c. 9. ſeſſ. 25. de reform. cum tractetur de re graui, de redigendo beneficium liberum in ſeruitutem. Iuxta Caiet. in Summa, in verbo, Epiſcoporum peccata: quocirca Epiſcopus debet eſſe fortis quando petuntur inſtitutiones à Dominis locorum, & alijs potentibus, vt faciat probari titulum, & ſibi conſtituat Deum eſſe præferendum cunctis hominibus: & notandum, quòd poteſt Epiſcopus compellere patronum non obſtante quaſi poſſeſſione, & inſtitutione ad oſtendendum titulum, Feder. conſ. 113. quod aptius fit in Viſitatione.

4 Præterea quàmuis iuxta Cõmunem in c. cum acceſſiſſent, de conſtitution. poſſit Epiſcopus pro vna vice cum conſenſu hæredis tollere qualitatem beneficij, nempe vt Cappellania ſacerdotalis

cerdotalis conferatur non ſacerdoti, tamen poſt Concilium Tridentinum c. 5. ſeſſ. 25. de reform. non poteſt. Si vero redditus eſſent impotentes, ad illas qualitates, vtique poteſt. Rocchus de Iure patronatus. verſ. pro eo, nu. 31. per c. nos quidem, de teſtamentis, faciunt not. infra.

5 Quinto peccat Epiſcopus nolens admittere ad examen volentes cōcurrere, ita Belluc. in ſpeculo Princ. rub. 11. §. Præſtat nu. 5. facit Conc. Trid. c. 19. ſeſſ. 24. de refor. Quia agitur de præiuditio Eccleſiæ, quod credo verum, niſi aliqui ſint notoriè inhabiles, nàm tales neque deſcribendi in concurſu.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus debet conſtitui, quando vacat iuſpatronatus.*
2 *Oeconomus non debet eſſe electus, vel præſentatus.*
3 *Patroni ſi contendunt quando Epiſcopus ponit Rectorem.*

CAPITVLVM XXXX.

De ſollicitudine Epiſcopi circa beneficia vacantia.

1 VIGILARE debet Epiſcopus quando vacat Ius patronatus, & non poteſt ſtatim prouideri Eccleſia, quia eſt lis inter patronos, vel inter ipſum Epiſcopum, & patronos, nè animæ exiſtentes in purgatorio patiantur detrimentum ex non celebratione miſſarum, & clament cōtra Epiſcopum apud Deum; debet quàm primum conſtituere Oeconomum qui celebret Miſſas, & percipiat fructus, c. cum vos, de officio ordinarij.

2 Et iſte Oeconomus, non debet eſſe aliquis ex præſentatis, vel electis, quia poſtea non poſſet obtinere beneficium, c. cum auaritiæ de elect. in 6. vbi omnes.

3 Et notandum, quòd quando conſtat Eccleſiam eſſe patronatam, & patroni infra quatuor menſes non ſe concordant, prætendentes

tendentes vnumquemque eorum habere iuſpatronatus, Epiſcopus elapſis quatuor menſibus debet prouidere Eccleſiæ de Rectore: ita quod inſtitutus repræſentetur ab eo, qui iuspatronatus obtinuerit, cap. ſi vero, de Iure patronatus. Sed quando non conſtat de iure patronatus, quia lis eſt inter Epiſcopum, & patronum, non procedit textus ille, quia poterit poni Oeconomus, ſemper tamen Epiſcopus debet quamprimùm prouidere Eccleſijs vacantibus, nè iacturam patiantur, & expedire celeriter cauſas iurium patronatuum, quæ ſolent durare per plures annos ex incuria Officialium Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus committens officia Eccleſiaſtica non idoneis.*
2 *Epiſcopus tenetur eligere digniores ad officia Eccleſiaſtica.*
3 *Epiſcopus tenetur de facto ſui Vicarij.*
4 *Epiſcopus tenetur de facto Examinatorum.*
5 *Peccat mortaliter Epiſcopus non eligens idoneos prædicatores.*
6 *Epiſcopus debet regere per Vicarium homines alterius linguæ, quam non intelligit.*

CAPITVLVM XXXXI.

De onere Epiſcopi eligendi bonos miniſtros.

1 VIGILARE ſummopere debet Epiſcopus, vt eligat bonos miniſtros, tàm in foro exteriori, quàm interiori, aliàs in hoc deficere, eſſet graue peccatum. Card. Caiet. in Summa, in verb. Epiſcoporum peccata. Medin. de pœnit. lib. 1. cap. 16. §. 1. Card. Toletus in inſtitutione Sacerd. lib. 5. cap. 4. vt ſunt Vicarij, Aſſeſſores, Notarij, Oeconomi, & alij, quæ officia conſanguineis committere non poteſt, cap. Decenter 89. diſt. niſi eſſent idonei, ſicut cæteri, quia tunc alijs eſ-

ſent

ſent præferendi iuxta ordinem charitatis. S.Thom.in quodlibet.4.q.8. art.15.

2 Quinimo probat Salon ſuper D. Thom. 2. 2.q.68. art. 2. controu. 9. concluſ. 3. Epiſcopum teneri ſub peccato mortali eligere digniores ad officia, quæ continent gubernationem, vt ſunt Iudices, Fiſcales, quia non minus refert ad vtilitatem Eccleſiæ eligere idoneos ad iſta officia, quàm ad Beneficia Eccleſiaſtica, cum pertineat ad regimen publicum animarum, ad alia verò minora ſufficit eligere dignos, ideſt probos, diligentes, & fideles.

3 Et Epiſcopus tenetur de facto ſui Vicarij ad damnum, & intereſſe, niſi quamprimùm ſciuerit, correxerit, quia ſibi debet imputari quòd non elegit idoneum, Bald. in margar. in verbo, Epiſcopus, verſ. 9. Innoc. in c. ad hæc, de officio Archid. Rot. Biſig. de officio Vicarij deciſ. 1. proinde caueat Epiſcopus, ne auaritiæ cauſa conſtituat Vicarium ciuem ignarum, ſine ſalario, quia tenebitur de factò ſuo: eſt enim impoſſibile habere bonos miniſtros ſine ſalariò, quia ſaltem erunt negligentes, vt meis oculis vidi.

4 Item Epiſcopus tenetur de facto Examinatorum promouendorum ad ordines, ſi fuerint delinquentes, vel negligentes, Archid. in cap. quando, diſt. 24. Idem poteſt intelligi de alijs Examinatoribus, idem in malis Viſitatoribus, quia ſi cõmittunt extorſiones per Diœceſim ipſe tenetur, Archid. in cap. 5. Epiſcopus, de officio Ordinarij in 6.

5 Pariter peccat mortaliter Epiſcopus non eligens idoneos prædicatores, cap. inter cetera, de officio Ordinarij, vbi eſt præceptum, & ibi Antonius: item peccat non eligens idoneos ad adminiſtranda Sacracramenta, ex eodem cap. inter cetera, de quo infra.

6 Item Epiſcopus debet per Vicarium regere populum, cuius idioma non intelligit, cap. quoniam, de officio Vicarij, & ſic dicendum de alijs miniſtris, vt plus, vel minus peccent, iuxta qualitatem negotiorum quæ tractabunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officia ſæcularia quando vendi poſſunt.*
2 *Epiſcopus an poſſit vendere officia temporalia cum adminiſtratione iuſtitiæ.*
3 *Epiſcopus debet exigere emolumenta ex ſigillo, iuriſdictione multo magis moderatè, quàm Iudex ſæcularis.*
4 *Epiſcopus debet taxare officialibus pretia moderata, quando eſt diues deberet gratis inſcribere ſcripturas, & apponere ſigillū.*
5 *Epiſcopus an poſſit dicere Vicario: da mihi partem de eo quod lucratus fueris ex Vicariatu.*
6 *Epiſcopus poteſt vendere emolumenta iuriſdictionis, ſed non exercentis eam.*

CAPITVLVM. XXXXII.

De Epiſcopo, an poſſit aliquid exigere pro collatione officiorum.

1 SANCTVS Thomas in opuſ. 21. ad Duciſſam Brabantiæ, dicit officia temporalia poſſe vendi à Principe perſonis dignis, & prætio moderato, ne iniuſtitias committant, ſed non expedire, quòd officia ſint venalia: quia quando venduntur, vt plurimum ambitioſi, imperiti, auari, peiores Ciuitatis ſolent aſſumi, non habetur ratio virtutis, committuntur iniuſtitiæ, rapinæ; nâm emptores volunt extorquere à ſubditis pretium, quod ſoluerunt, vnde dicunt Caet. in Summa, verbo, officiorum venalitas, & Sot. de Iuſtitia, & iure lib. 3. ſeſſ. 6. art. 4. non poſſe iſta officia vendi à Principe ſine peccato: aliqui limitant quando concurrerent aliquæ circumſtantiæ. Prima, vt venditio fiat ex magna neceſſitate Reipublicæ, vel Regis, cui non poſſit alia commodiori via ſubueniri. Secunda, vt vendantur digno, ea lege, vt quamprimum ipſi, vel filij eius non bene ſe geſſerint, ceſſet

venditio. Tertia, vt vendatur pretio moderatiſſimo, quod facile poſſit ex ſtipendijs ſtatutis recuperare pretium, cum quo illud emit ſine extorſione ciuium, ita Salon ſuper 2.2. D. Thom.q.63. art. 2. controuer. 8. concl. 2. & prædicta procedunt in Principe, vel alio, qui non recognoſcit ſuperiorem, quia inferiores nunquam poſſunt vendere officia concernentia adminiſtrationem Iuſtitiæ, vel gubernationem, neque tabellionis officium, vt in Auth. vt Iudices ſine ſuffragio. l hæc lex.ff. ad leg. Iul. de ambitu. De officijs vero, quæ nec gubernationem, nec adminiſtrationem Iuſtitiæ habent, non reperitur prohibita venditio, vt officium Sigilli, Oſtiarij Ciuitatis, Miniſtri Senatus, & alia minora, Bart. in d. l. hæc lex. Not. Salon loc. cit. Priuata vero perſona ex licentia Regis expreſſa poteſt vendere omnia officia pretio moderato, & dignis. Quòd ſi tantùm haberet licentiam ad transferendum, non poſſet illa vendere. Soc. Salon vbi ſupra. Conc. 4.

2 His ſuppoſitis pro cognitione, ſit prima concluſio. Et ſi illicitum ſit Principi ſæcularia officia vendere, tamen ab Epiſcopis id multo magis iniuſtiſſimè, ac fœdiſſimè fieret; nam præter abſurda, quæ ſuperius annumerata ſunt, ſcandalo Chriſtianos oculos offenderet; gratis enim acceperunt, gratis dent, non ſolum ſpiritualia, ſed etiam ſæcularia, quæ ad cuſtodiam ſæcularium inſtituta ſunt, ita dicit Sot. loc. cit. concluſ. 5. Salon controuer. 9. concl. 2. qui affert aliam rationem, quia cum horum officiorum non ſint domini, nec poſſint ea vendere, nec locare.

3 Addentes ambo, quòd emolumenta quæ exigit Epiſcopus pro ſigillo, vel iuriſdictione, iuxta clem. Statutum, de electione, debent eſſe moderatiſsima, & alia quæ à litigantibus ſolent exigi, debent eſſe multo magis moderata, quàm in foro ſæculari.

4 Et Officialibus debet Epiſcopus taxare pretia moderata: & addit etiã Sot. quod quando redditus Epiſcopatus ſunt pingues, deberet Epiſcopus gratuitò præſtare ſigilla, & ſubſcriptiones, Beatus Carolus gratis decreta fieri, & ſubſcribi mandauit, excepta moderata mercede pro Notario. In officijs vero

vero ſęcularibus, quæ habet Epiſcopus ex iuriſdictione temporali, eſt procedendum iuxta diſtinctionem ſupradictarum, an in illa iuriſdictone recognoſcant ſuperiorem, vel non.

5 Secunda concluſio Epiſcopus vendens Vicariatum, vel alia officia habẽtia adminiſtrationem ſpiritualem, eſt ſimoniacus, & debet puniri, c. 1. 2. ne prælati vices ſuas, ſed an Epiſcopus poſſit dicere Vicario ſuo: Da mihi partem de eo quod lucratus fueris. Reſpondetur quòd non, ſed tantum poſſet dicere, Conſtituo tibi ſalarium, & quidquid lucratus fueris da mihi, Hoſtien. & Innoc. in d. c. 2. ne Prælati vices ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non laborans, vt extinguantur inimicitiæ, peccat mortaliter.*

2 *Et debet deponi ipſe, & Epiſcopi vicini, qui eum non adiuuant.*

3 *Offenſus non tenetur remittere actionem iniuriarum, ſed rancorem.*

4 *Offendens ſi petat veniam, tenetur offenſus eum gratè recipere.*

5 *Epiſcopus laborare debet, vt offenſi remittant actionem iniuriarum.*

6 *Remiſſio querelæ fieri non debet, quando timetur maius malum.*

7 *Epiſcopus deberet inſtruere ſocietatem pacis in Diœceſi.*

8 *Epiſcopus an poſſit remittere iniuriam ſibi illatam, vel reſtitutionem ſuæ famæ.*

9 *Exempla Sanctorum Epiſcoporum remiſſionis iniuriæ.*

10 *Verba ſingularia Gregorij Nazianzeni dilectionis inimicorũ.*

11 *Epiſcopus non conſulat vt beneficia ab alijs poſſeſſa impetrentur certo modo.*

12 *Epiſcopus quare dicat, Pax vobis.*

13 *Epiſcopus ſub peccato mortali debet excommunicare violatores pacis.*

14 *Epiſcopus poteſt compellere ad treguam ſubditos.*

CAPI-

CAPITVLVM XXXXIII.

De obligatione Epiſcopi extinguendi inimicitias.

1 VIGILARE debet Epiſcopus, circa inimicitias quæ naſcuntur in Diœceſi, ex quibus ſæpè perditio corporum, & animarum prouenit, quia niſi ſtudeat eas componere, peccabit mortaliter, gloſ.nót. in c. Vnum, in verbo Neglexerit.diſt. 25. ex c. Præcipimus.c. ſtudendum c.diſſidentes, diſt. 90. Probat Felin. in c. 1. n. 5. de treg.& pace.

2 Quinimò Epiſcopus, & Epiſcopi vicini, qui ipſum non adiuuant ad extinguendas inimicitias, debet deponi, d. c. Præcipimus, & diſcordijs eſt celeriter obuiandum. Clem. Papæ. S. Dudum de iure iurando, & melius eſt ante tempus piçuenire. Cardinalis ibi, ſic Epiſcopi ſancti fecerunt. S. Theodorus Epiſcopus Cantuarienſis, teſte Surio, pacis reconciliator fuit inter Reges. Sancti Mauritij Epiſcopi Andegauenſis maximum ſtudium fuit ad pacem inter diſcordes reformandam. Item Sancti Nicolai Epiſcopi. S. Martini, qui etiam morti propinquus iter ſuſcepit reformandę pacis ſtudio. S. Hugonis Epiſcopi Lincolmenſis. S. Bernardus, quamuis non eſſet Epiſcopus, inimicitas compoſuit inter Regem Franciæ, & Comitem Gaufridum. Legitur de Sancto Vbaldo Epiſcopo Eugubienſi ſingulare exemplum, quod dum aliquando ſeditio dura orta eſſet in Ciuitate, illùc, vt pugnam ſedaret feſtinauit, quam, dùm nullo modo ſedare ſe poſſe perpendit, ex induſtria inter enſes, & lapides ſe in terram deieçit; nec inde ſurrexit, donec ciues Epiſcopum ex vulnere mortuum exiſtimantes, à ſeditione ceſſauerunt. Epiſcopi multi, compoſuerunt pacem inter Reges Ludouicum, Carolum, atque Lotharium. Sed ante iſtos Moyſes vacat reconciliationi inimicorum, Exod. 2.

3 Eſt

3 Eſt autem notandum, quòd iuxta gloſſam communiter receptam in c. ſi quis contriſtatus, diſt. 90. offenſus tenetur remittere rancorem, etiam non petente illo qui offendit, quia neminem licet odio habere, ſed non tenetur remittere actionem iniuriarum. Vnde Epiſcopus non poſſet aliquem compellere ad caſſandum querelam, ſed tantum ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ de comunicando in Paſchate.

4 Si autem offendens peteret veniam, tenetur offenſus illum grato animo recipere, d. c. ſi quis contriſtatus. Caet. 2. p. q. 38. art. 8. Corduba deciſ. caſ. conſcient. 68. Rodriguez in Summa parte prima, c. 17. n. 3. & quia raró accidit, vt pars proſequens in iudicio querelam, remittat rancorem: vnde dicit Bannes ſuper D. Thoma 2. 2. q. 25. art. 9. difficile eſt valde, & vix moraliter loquendo, vſu veniet, quòd quis nolit condonare pœnam corporalem abſciſſionis manus, & capitis, & quòd careat odio, & appetitu vindictæ: at verò caſus eſſe poſſet, vbi id liceret. V.g. ſi familia offenſi maneret infamis, niſi puniatur inimicus ſecundū leges: ſed quando aut nullum, aut leue damnū ſequitur, ex tali condonatione, Ego non crederem talem hominem eſſe in bono ſtatu, niſi condonet quantum in ſe eſt, talem pœnam, hæc Bannes; idem ibidem Arag. Rodriguez loco citato, vel in caſu ſequenti.

5 Vigilare debet Epiſcopus & laborare, vt inter inimicos componatur pax, etiam quoad remiſſionem querelæ, quod ſola prædicatione, & admonitione facere poterit, aut medio ſuperiorum, & etiam prohibendo abſolutionem confeſſarijs, quando offenſi ſunt homines valde imperfecti, quos clarè patet appetere vindictam; & ſi id non ſufficit, ipſe Epiſcopus ieiunet, ſacrificium ſæpius offerat, faciat largas eleemoſynas, & viſitet corpora Sanctorum pro reconciliatione à Deo obtinenda, exemplo Sanctorum. Memorabile exemplum nobis reliquit S. Gregorius Thaumaturgus Epiſcopus, cùm enim duo fratres diuiſiſſent inter eos hæreditatem, & contenderent ſuper quodam lacu piſces innumeros producente, quem quilibet poſſidere deſiderabat, & iam eſſent parati negotium armis terminare, S. Epiſcopus, videns ſuis exhortationibus ni-

hil proficere, nocte ad Deum confugit in oratione proſtratus. Mira res: eadem nocte aqua lacus abſorpta eſt, & arentē campum frugibus copioſum, ac vtiliorem germanis diuidendum dereliquit, vt non remanſerit veſtigium lacus: qua occaſione remota, ac miraculo viſo fratres conciliati ſunt.

6 Sed caueat Epiſcopus, ne conſulat caſſari querelam, quando offendens eſſet perſona ſolita delinquere, de qua eſſet præſumptio, quòd propter impunitatem, vel mitiorem pœnam magis delinqueret, cum damno eius animæ, & reipublicæ, quia peccaret: etenim hoc caſu etiam offenſus peccat, ſi facit remiſſionem. Nauar. c. 14. n. 25. & cōmunis, de qua teſtatur Rodriguez loco citato num. 1. ſed tunc hortetur ad remouendum rancorem.

7 In aliquibus Ciuitatibus eſt erecta ſocietas virorum principalium vrbis, qui componunt pacem inter diſſidentes, & in Vrbe Romana dicuntur, vulgò, li Pacieri, quæ in omnibus diœceſibus inſtitui deberet.

8 Epiſcopus verò laudabiliter facit, ſi iniuriam ſibi illatam remittat, exemplo Sanctorum Epiſcoporum, quorum aliqua referemus.

9 Sanctus Cyprianus Epiſcopus, & Martyr, vt ſupra commemorauimus, quamuis acceptaſſet Epiſcopatum, non defuerunt, qui multa mala de illo dicerent, quibus poſt Epiſcopatum adeò affabilem, & benignum ſe præbuit, vt omnibus admirationi eſſet.

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, cum quidam improbus tentaſſet eum occidere, traditus fuit ad ſupplicium à Præfecto, ſed ipſe, ne perimeretur, eripuit eum.

Sanctus Martinus Epiſcopus arguebat offenſas alijs factas, non ſibi.

10 Sanctus Gregorius Naziāzenus cuidam iuueni Ariano, qui deliberauerat eum interficere, & poſtea pœnitentia ductus, veniam petierat, libentiſſimè pepercit dicens: Parcat tibi Deus, ſicut ego ex toto corde remitto, dūmodò errores Arij non ſequaris: & hæc aurea verba dicere ſolebat: Mihi enim aduerſus eos qui iniuriam intulerunt, ſatis grauis pœna eſt referendæ in-

dæ iniuriç poteſtas.

Sanctus Ambroſius quandam defunctam famulam Iuſtinæ Imperatricis Arrianæ,quæ in eum violentas manus iniecerat, & ob hanc cauſam miraculosè ſequenti die expirauerat, cum dolore cordis, & fletu honorificè ſepeliri curauit,aſſocians cadauer, gratiam pro contumelia rependens.

Sanctus Vbaldus Epiſcopus præfatus,tanta patientia præditus fuit, vt etiam à ſuis familiaribus iniurias perpeſſus, patientiſſimè toleraret: nàm, & à ſuo Ianitore aliquando excluſus ab oſtio,atque in fronte percuſſus,nullam vindictam excogitauit; dum quoſdam ad inſtantiam ciuium iniuſtè excõmunicare nollet, prohibiti ſunt omnes Clerici ſibi miniſtrare, adeò vt aliquandò etiam ad Miſſam celebrandam vnicum miniſtrum habere non poſſet, & patienter tulit. Inſuper cum ciues murum vrbis iuxta vineam Epiſcopi repararẽt, & cloacã facerent in vineã infundentem,Vbaldus prohibere volens,cũ iniuria in cæmento liquido iactatus, & ſordidatus, benignè ſupportauit, quoſdam eius affines iniuriam vlciſci volentes, omnino prohibuit.

Alexander Patriarcha Hieroſolymitanus Notarium ſuum à ſe fugientem, ac multa furatum, poſtea captiuum ab alijs effectum,octuaginta numiſmatibus redemit. Vnde in ea ciuitate tunc dici ſolebat; Nihil vtilius,quàm Alexandro malefacere.

Sanctus Ioannes Eleemoſynarius fuit patientiſſimus, cum eius nepos conquereretur de iniurijs ſibi illatis à colono ruris, Epiſcopus promiſit vendicaturum iniurias,& colonum accerſitum ab omni cenſu liberauit, quem ſingulis annis prçſtare ſolebat, docens nepotem hoc modo vlciſci iniurias,reddendo bonum pro malo. S. Lupus Epiſcopus Senonenſis ad detractiones aliorum non mouebatur, memor Apoſtoli quòd Epiſcopi currunt inter infamiã,& bonam famam, vti ſeductores, & veraces.

Sabinus Epiſcopus Aſſiſij, cui manus fuerant amputatæ à Tyranno propter confeſſionem Fidei,ab eodem Tyranno ocu-

lorũ lumine orbato,vocatus vt pro illo oraret, confeſtim,ac ſi ei fuiſſet obligatus pro aliquo magno beneficio, Deũ orauit, & ſanitatem corporis, & animæ impetrauit.

Mira fuit Beati Caroli manſuetudo,charitas, & patientia erga obtrectatores, & aduerſarios, quos neque accuſabat,neque beneficiorum, quæ illis contulerat, mentionem faciebat. Dùm controuerſiæ publicæ ortæ eſſent, ex familiaribus quidam venit, libellumque offert publico loco affixum, in quo multa in Carolum erant maledicta,quem vix aſpectum,Carolus nullo facto verbo reiecit. Amicus quidam, Roma veniens Carolo nonnulla narrabat, inter alia nuper ibi actum,de longinqua, grauiſſimaque legatione ipſi danda, hominem verò magnæ auctoritatis, maximis olim beneficijs à Carolo ornatum abſtitiſſe, & eum vti balbutientem improbaſſe. Tùm Carolus placidè;Verè,inquit,locutus eſt.

Vnum ex familiaribus moleſtum, odioſum,qui nemini parceret,quotieſcũque iracundia, vel perturbatione aliqua efferueſceret, qui in ipſum Carolum maledictis neſciret abſtinere, eidem ſæpè contradiceret, atque reſiſteret, benignè, ac diù pertulit, eumque excuſabat, ac vitio natura inſito magis, quàm voluntati tribuebat.

Euenit interdum,vt ad ipſa ſacra obeunda, negligentia miniſtrorum aliquid deeſſet, quod ille non mediocri temporis ſpatio in ipſo loco ſacro,tam quietè, tanquam ſine vllo motu expectauit,vt tamquam exemplar patientiæ,adſtantes omnes eum intuerentur.

Non ſemel ſummo Põtifici ſupplicari fecit pro illo Ordinis Humiliatorũ,qui ictu tormẽti eum vulnerauerat, atque complicibus: cui Papa gratificari noluit, neque quod ad vnum ex complicibus minus culpabilem,referens illa verba: Numquid Aethiops poteſt mutare pellem ſuam.

In omnibus mira fuit eius patientia, morbos, & labores patientiſſimè tolerauit, ac dicere ſolebat, eos voluptatis loco habere. In quadam ſupplicatione tempore peſtis nudis pedibus ſanctum Crucis clauum ferens, clathrum ferreum vnguẽ

maioris

maioris digiti pedis ita ſubmouit,vt tota via quæ multa reſtabat,abundè ſanguinem funderet, neque tamen ob doloris ſenſum,qui ea parte vehemens eſſe ſolebat, de inceſſu quicquam remiſit. In rebus gerendis tanta virtus,& patientia erat, cùm nullius errato nec moleſtia commotus quicquam faceret, ſcriberet, aut diceret in quemquam contumelioſum: & alij Sancti ita fecerunt, quorum vitę legi poſſunt.

Sed non poteſt Epiſcopus remittere iniuriam ſibi illatam, quando concernit Eccleſiam. Innocen. & Abb. in c. Olim, de iniurijs & damno dato: nec etiam poſſet condonàre alicui reſtitutionem ſuæ famæ, cum ſit perſona publica, cuius infamia nocet reipublicæ. Nauarr. c.18.n.46. & communis.

11 Cauere autem ſummopere debet Epiſcopus, nè alicui conſulat, vt impetret beneficia ab alio detenta certo modo, ſed potius moneat, & notificet obtinenti defectum, ad finem impetrandi diſpenſationem: etenim experimento compertum eſt ex dictis impetrationibus oriri inter Clericos, & eorũ conſanguineos odia, inimicitias capitales, & innumera homicidia, quorum non debet eſſe cauſa Epiſcopus, & quandò ſine eius conſilio, aut fauore fiunt tales impetrationes, laboret vt eos concordet, vel conferendo impetrantibus alia beneficia, vel omni meliori modo, & ſemper aduertat, vt non ſit cauſa diſcordiæ.

12 Ideo enim Epiſcopus dicit in miſſa, Pax vobis, vt oſtendat ſe eſſe Vicarium Chriſti, qui venit mittere pacem in terra; & hæc fuit prima vox eius ad diſcipulos poſt Reſurrectionem, glos.in c. Hoc quoque,de Conſecr. diſt. 1.

13 Notandum etiam,quòd violatores pacis poſſunt ab Epiſcopo excommunicari, etiam de iure Ciuili; qui id facere debet ſub peccato mortali.c.primo,de treg.& pace.c.1.§ Epiſcopos, de pace tenenda in vſibus feud.

14 Item Epiſcopus poteſt compellere ad treguam Laicos ex cauſa.Abb.in c.primo de treg.& pace. Fel. in d. rubrica, n.9.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non faciens eleemoſynas, quando teneatur ad reſtitutionem.*

2 *Epiſcopus quando non teneatur ad fabricam Eccleſiæ, & an poſſit partem fabricæ dare pauperibus.*

CAPITVLVM XXXXIIII.

De obligatione Epiſcopi faciendi eleemoſynam.

NVNC ſequitur videre in ſpecie, quando Epiſcopus teneatur ſub peccato mortali facere eleemoſynas; quod per claras concluſiones demonſtrabimus.

Sit itaque prima concluſio. Secundum Canones c. quatuor. 12.q.2. de redditib. Eccleſiæ debent fieri quatuor partes, vna Epiſcopo, alia Clericis, alia fabricæ Eccleſiæ, & alia pauperibus.

Secunda concluſio, vbi eſt facta iſta diuiſio redditũm, Epiſcopus adhuc tenetur de portione ſua, ſub pœna peccati mortalis quod ſupereſt dare pauperibus, dũmodò ſit notabilis ſuperfluitas, ſecus ſi modica; quia non poteſt homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri debet, non tamen tenetur ad reſtitutionem. Ita S. Thomas 2.2.q.185.art.7. vbi Caet. & omnes. Nauar. de redditibus Eccleſiæ q. 1. monit. 49.

1 Tertia concluſio. Si redditus non ſunt diuiſi, tunc Epiſcopus retinendo, & non deſtribuendo partem pauperibus, non ſolum peccat, ſed tenetur ad reſtitutionem. S. Thomas, & alij ſupra cit. Tolet. in Inſtruct. Sacerd. lib. 5. c. 4.

2 Quarta concluſio. Si redditus Epiſcopatus ſunt tenues, vel mediocres, ita quod ſufficiant tantum pro ſuſtentatione Epiſcopi, & parum abundant, non tenetur Epiſcopus facere partem fabricæ, vel pauperibus; ſi verò ſunt abundantes notabiliter

biliter ſupra id quod neceſſarium eſt ad ſuſtentationem Epiſcopi, ita vt in ſapientis animo cadere non poſſit, quòd ſint aſſignati pro eius ſuſtentatione tantum, ſed tanquam patri pauperum, tenetur Epiſcopus facere partem fabricæ, & pauperibus, quamuis Clerici habeant ſuam portionem ſeparatam. Quia bona Epiſcopalia remanent affecta diſpoſitioni iuris antiqui, & conſuetudo contraria eſt corruptela. Caet. ſuper loc. cit. qui tenet hoc caſu pro parte pauperum Epiſcopum teneri ad reſtitutionem: idem alij, quos refert Molin. de iuſt. & iure, diſput. 144. qui non credit hoc eſſe argumentum tàm vrgens pro pauperibus, quando à principio redditus Epiſcopatus erant tenues, ex temporis beneficio adaucti. Contrariam opinionē, quòd vbi non eſt facta diuiſio bonorum pro pauperibus, Epiſcopi non teneantur ex lege iuſtitiæ facere partem pauperibus, ſed tantum miſericordiæ; & proinde ad nullam reſtitutionem ſint obligati, efficaciter probat Sotus de Iuſt. & Iur. lib. 10. q. 4. art. 3. ſequitur Bannes ſuper D. Thom. q. 31. art. 6. dubio vltimo. Greg. de Valent. de ſtatu Epiſcopi, diſput. 10. q. 3. quæ opinio æquior, & verior videtur.

Quinta concluſio. Si ex ſtatuto vel conſuetudine onus fabricæ ſpectaret ad alium, quàm ad Epiſcopum, Epiſcopus non teneretur. Abb. & communis in c. 1. de Eccleſijs ædifican.

Sexta concluſio. Si Eccleſia non indigeret fabrica, poſſet Epiſcopus portionem debitam Eccleſiæ pauperibus diſpenſare, ſtante neceſſitate, quia pauperes ſunt fabricæ viuæ, ad quas intentio iuris refertur. c. Aurum 12. q. 1. Caet. loc. cit. Ponemus alias concluſiones in ſequenti capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quando poſſit conſeruare redditus ſuperfluos.*
2 *Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem, quomodo habeat erogare redditus Eccleſiæ.*
3 *Epiſcopus ſi ſe reſtringat, poteſt quod ſupereſt in quoſuis vſus expendere.*

4 *Sancti qui vendiderunt vaſa ſacra pro ſubuentione pauperum.*
5 *Status Epiſcopi, qualis eſſe debeat.*

CAPITVLVM XXXXV.

De eadem materia.

1 SEPTIMA concluſio: ſi Epiſcopus neceſſitate non imminente prouidendi pauperibus; de his quæ ſuperſunt ex prouẽtu Eccleſiæ, poſſeſſiones emat, vel in theſauro reponat in futurum, pro vtilitate Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum laudabiliter facit. Si vero neceſſitas immineat erogandi pauperibus, ſuperflua cura eſt, & inordinata, vt aliquid in futurum conſeruet, quod Dominus prohibet Matth. 6. dicens: Nolite ſolliciti eſſe in craſtino. Ita S. Thomas 2.2. q. 185. art. 7. & dicit Alex. de Ales 2. par. 142. ꝗ quamuis Rex poſſit ad tuitionem ſui Regni congregare multa, non ſic Epiſcopus pro tuitione ſuæ Eccleſiæ, ſed debet res Eccleſiæ conuertere in vſus pauperum.

2 Octaua cõcluſio: Si redditus magni debentur Epiſcopo ex dominio temporali, quia Epiſcopus eſt dominus in temporalibus alicuius Ciuitatis, vel oppidi; tunc oportet, quod non ſolum, vt Epiſcopus, ſed vt dominus expendat, tenendo exercitum pro defenſione patriæ, & habendo theſaurum, ne impugnetur patria. Ita quod tunc dexter oculus reſpicere debet ad bonum commune patriæ, ſiniſter ad pauperes, quoniam temporale dominium datum eſt Eccleſiæ principaliter ad honorem eius, & auctoritatem, poſt honorem Dei, ſed propter bonum commune ipſius dominij, ſicut datum erat domino ſæculari: & ſecundariò, vt exinde fiant eleemoſynæ pauperibus. Vnde Epiſcopus illis caſibus tenetur ad diſtributionem, in quibus domini ſæculares tenerentur. Ita not. Caet. ſuper d. art. 7. D. Thom.

3 Nona concluſio: Si Epiſcopus ex his, quæ ad decentem ſtatum pertinent, aliqua ſubtraheret ſe reſtringendo, poſſit in

quoſuis

quoſuis vſus honeſtos expendere. S.Thom. Caet. vbi ſup. Tolet. in Inſtr. ſacerd. lib.5.c.4.

4 Decima concluſio: Pro redemptione captiuorum, & ſubuentione pauperum poſſunt, & debent pignorari, & vendi vaſa ſacra, & ita faciebat S. Auguſtinus c. Aurum 12.q.2. Ita S. Ambroſius, vt ipſe teſtatur in c. Pulchra 86. diſtin. Item S. Achatius, & alij.

5 Vndecima concluſio: Status Epiſcopi, qualis eſſe debeat habetur in Conc. Cartag. c. Epiſcopus. diſt.41. In hæc verba: Epiſcopus vilem ſuppellectilem, menſam, & victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ decorem in fide, & vitæ meritis quærat. Idem paucis mutatis habetur in Conc. Trid. c.1. ſeſſ.25. de reformat. quod facit ad intelligendum, quid poſſit Epiſcopus expendere pro ſtatu ſuo, & in illo continetur ornatus domus, quicquid domeſticis, vel conſanguineis indigentibus erogatur, de quibus in ſequenti cap. Card. Tolet. loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quid poſſit dare conſanguineis de redditibus Eccleſiæ.*
2 *Status conſanguineorum Epiſcopi, quomodo conſiderandus.*
3 *Conſanguinei Epiſcopi, qui receperunt ſuperflua Eccleſiæ, an teneantur ad reſtitutionem.*
4 *Conſanguinei ſolent peruertere Epiſcopum.*
5 *Epiſcopus peccat conſtruendo magna palatia ex redditibus Eccleſiæ.*

CAPI-

CAPITVLVM XXXXVI.

De eleemoſyna danda ab Epiſcopo conſanguineis.

1 SANCTVS Ambroſius in lib. de officio, & habetur in c. eſt probanda, diſt. 86. dicit, eleemoſynam eſſe faciendam conſanguineis, ne deſpiciamus proximos ſeminis noſtri, S. Thomas 2. 2. q. 185. art. 7. ad ſecundum dicit, quòd ſi de eo quod vſui Epiſcopi eſt deputatum, velit Epiſcopus aliquid ſibi ſubtrahere, & conſanguineis dare, non peccat, dummodo illud faciat moderatè, ita vt non indigeant, non vt ditiores fiant, & ibi Caetanus diſtinguit, ſed Conc. Trid. c. 1. ſeſſ. 25. de refor. generaliter dicit, quòd ſi conſanguinei, aut domeſtici ſunt pauperes, poteſt Epiſcopus illis vti pauperibus, redditus Eccleſiæ diſtribuere, ſed non augere, vel ditare.

2 Nauarr. de redditibus Eccleſiæ q. 1. mon. 27. dicit eſſe conſiderandam neceſsitatem conſanguineorum, non ſolum pro vita conſeruanda, ſed pro ſuſtentatione, iuxta qualitatem ſtatus, eſſe conſiderandam poſt promotionem conſanguinei; quia dignitas efficit, vt ſtatus conſanguineorum augeatur, & maiorem neceſsitatem habeant, quàm antea, & conſulit Prælatis, vt vtantur miniſterio conſanguineorum in negotijs, & officijs, in quibus lucri faciẽtes id quod extranei lucrarentur, honeſtè vitam agant; quòd ſi id facere nollent, poſſent eis denegare ſubuentionem: conſanguinei vero ſunt alijs præferendi, niſi extraneus eſſet multò ſanctior, magis indigens, & magis vtilis ad cõmune bonum, tunc eſt danda illi eleemoſyna, non perſonæ propinquiori, maximè ſi non ſit multum coniuncta, cuius cura ſpecialis nobis immineat, & ſi magnam neceſsitatem non patiatur. Ita S. Thomas 2. 2. q. 33. art. 9.

3 Vnum eſt menti tenendum, quòd qui non indiget, ſi aliquid acci-

accipit à beneficiato ex donatione, aut alia cauſa lucratiua quem ſcit nihil habere, quàm id quod pauperibus erogare tenetur, debet ꝙ accipit reſtituere pauperibus, prout tenebatur beneficiatus, & ſufficit reſtituere illi beneficiato, aut Eccleſiæ, aut pauperibus, niſi beneficiarius ipſe reſtituerit. Ita Nauarrus de redditibus q. 2. monit. 27. quod eſt notandum pro conſanguineis Epiſcopi ditatis de redditibus Eccleſiæ, quia tenentur ad reſtitutionem. Ludouicus Lopez in inſtruct. lib. 2. c. 47. ſed hoc eſt intelligendum, quando Epiſcopus ex lege iuſtitiæ tenebatur erogare pauperibus eorum portionem, ſecus ſi ex lege miſericordiæ, quia tunc conſanguinei ad nihilum tenentur: ita notabiliter Sotus de Iuſtitia, & iure lib. 10. q. 4. art. 3. poſt Adrianum; qui ponit exemplum in diuite nolente ſuccurrere pauperi exiſtenti in extrema neceſsitate, ſed donante bona diuitibus: nam nec ipſe, nec diuites tenentur ad reſtitutionem; quicquid tamen ſit caueant Epiſcopi à nimio amore conſanguineorum, quia ſaltem malè diſpergendo bona Eccleſiæ non euitabunt maledictionem Dei, c. Indignè 12. q. 2. & experientia docet, quòd conſanguinei ſic ditati miſerè viuunt, & intereunt, & in eis ſæpè verificatur: Quod non capit Chriſtus, capit fiſcus, c. maiores 16. q. 7.

S. Enghelbertus Colonienſis Archiepiſcopus, cum ditaſſet feudis Eccleſijs duos eius fratres, & nollet in omnibus eis gratificari, illi ex pauperibus diuites effecti in ſuperbiam elati, in via publica ipſum Sanctum interfici fecerunt. Apud Surium.

Clemens Quartus Summus Pontifex, vir ante ſacerdotium coniugatus, cũ duæ eius filiæ adhuc innuptæ, dotem ab illo peterent præſenti dignitati paternæ conuenientem, Reſpondit: Papam non habere filias, ſufficere illis debere patrimonium totum eis relictum, atque ita inanes illuſtri exemplo dimiſit, quæ monaſterium ſanctimonialium ingreſſæ, noluerunt matrimonio iungi.

Laurentius Iuſtinianus Patriarcha Venetus, rogatus à conſanguineo ſuo, non ita paupere, vt pecunia eum iuuaret in dotanda filia, ſapienter reſpondit: Conſidera, quæſo frater, ſi parum dedero, non eſt quo opus habes: ſi multum, defraudauero

uero multos, vt vni ſatisfaciam: quicquid enim habeo ad cibos potius pauperum, quàm ad intortos crines, vt margaritas ab Eccleſia traditum eſt. Apud Surium.

Sanctus Vdalricus Epiſcopus Auguſtanus, vir alioqui ſanctiſsimus, tamen per Purgatorij ignem tranſire debuit, hoc ſolo, quòd nepotem ſuum ſibi adhuc viuenti, ſucceſſorem in Epiſcopatu conſtituerat. Apud Surium.

Beatus Carolus Borromeus curauit, vt ad Epiſcopatum non promoueretur quidam eius affinis, ex quo fortaſſe neceſſaria ad tale munus in eo non cognoſcebat: cumque coniuncti quererentur, liberè cauſas aperuit, quibus eam rem impedire deberet.

4 Prælati, qui conſanguineos ditare volunt, æquiparantur cæcis, qui manu ducuntur ab aliquo puero filio, vel nepote; tales enim cæci, ſæpè paruulo in via ad voluptates obiectas diuagāte, de recta via deflectere, & aliquando in lutum, & ſaxa cadere coguntur. Hi Prælati carnales, propinquos ſequentes, ab eorum affectibus ſeducti, in mille pericula incidunt, ipſumque damnationem æternam propter eorum peccata, quos ditarunt, & ditando ad multa peccata induxerunt.

Dicit Gerſon de vita cōtemplatiua, quòd ſicut delinquens quandiù in loco ſacro moratur à miniſtris Iuſtitiæ non apprehenditur, ſed ſi egrediatur, ſtatim à poteſtate ſæculari capitur, ita bona Eccleſiæ quæ ſunt bona peccatorum ab ipſis Deo oblata in remiſsionem peccatorū ſuorum, hæc ſacris, & pijs vſibus applicata intra Eccleſiam tutò manent; at vbi profanari incipiunt data conſanguineis impenſa profanis vſibus, excitat Deus Dominos temporales, qui vel ex neceſsitate, vel ex auaritia ea diripiunt; vident enim illa locū ſacrum egreſſa. Multi Epiſcopi, permittente Deo, moriuntur, diuitijs congregatis nemini relictis; & ſemper caueat Epiſcopus à nimio amore cōſanguineorum, quia peruertent illum: æquiparātur enim fratribus Dauid, qui impediebant eum, nè iret ad ſingulare certamen cum Goliath, 1. Reg. 16. & dicūt Canones, quòd Epiſcopus debet abſtinere à nimia familiaritate cum conſanguineis, diſt. 34. in Summa & c. 1.

Item

5. Item Epiſcopus, qui de redditibus Eccleſiæ ædificat ſumptuoſa palatia pro conſeruanda memoria, peccat grauiter, quia debet eſſe magiſter perfectionis, & humilitatis. Vnde Canones antiqui dixerũt, quòd Epiſcopus hoſpitium habeat propè Eccleſiam, & non palatium regale, c. Epiſcopus, diſt. 41. Ita Medin. de Pœnit. lib. 1. c. 6. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an teneatur facere eleemoſynam Diœceſanis tantum, vel poſſit etiam exteris.*

2 *Eleemoſyna eroganda pauperibus per Epiſcopum, poteſt diſpenſari locis pijs.*

3 *Epiſcopus debet ſubuenire Clericis pauperibus pluſquam alijs.*

CAPITVLVM XXXXVII.

An Epiſcopus teneatur facere eleemoſynam Diœceſanis tantum.

1 DVBIVM eſt, An ſatisfaciat Epiſcopus obligationi dandi eleemoſynã, erogando redditus Eccleſiæ exteris, vel ſit obligatus diſpenſare diœceſanis tantum? Text. in l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſcopis, & clericis dicit, quòd Epiſcopus executor legatorum piorum, debet diſtribuere prius pauperibus loci; idem in quolibet executore teſtamenti, dicit gloſſa in cap. ſi Pater, de teſtament. in 6. Nauarrus verò de redditibus quæſtione prima, monit. 27. tenet contrarium in quolibet beneficiario, cùm nullus textus id dicat, & conſuetudo ſit in contrarium, communis opinio in d. cap. ſi Pater, eſt contra gloſſam, quod teſtamentarius executor, cui pauperum electio commiſſa eſt, poteſt eligere illos, qui non ſunt de loco, & quia Sancta Mater Eccleſia cunctos mundi fideles ſuos reputat filios, c.

Alma

Alma mater, de ſententia excommunicationis, in 6.Clem. prima,de ſumma Trinitate.Conſulit tantum ipſe, quòd redditus diſpenſentur ciuibus,& non exteris. Cuius opinio etſi poſſit procedere in alijs beneficiarijs, in Epiſcopo credo contrarium,quòd teneatur facere eleemoſynam diœceſanis tantùm, ſiue pauperibus commorantibus in ſua diœceſi, & non ſatisfaciat erogando pauperibus alterius loci;ſiue reſideat,ſiue non, quod apertè probatur in c. Conceſſo, & in c. Sancimus. 12.q. 2.in quibus locis portio pauperum facienda ab Epiſcopo,ponitur ſeparata à portione aduenarum, & peregrinorum, & ibi Archid.dicit,ꝙ Epiſcopus de portione ſibi contingente,debet dare aduenis,& ſic pauperes intelligũtur diœceſani. Id etiam ſuadet ratio, quòd quilibet Epiſcopus habeat protectionem ſuorum pauperum. Veriſimilis intentio eorum, qui legarunt bona: id etiam tenet Cardin. Contarenus de officio Epiſcopi, lib. 2. vbi refert, quendam Epiſcopum Patauinum diſpenſaſſe redditus Epiſcopatus,potius ciuibus Patauinis egenis, quã ſuis conſanguineis Venetis,ac dicentem talem eſſe præſumendam mentem eorum, qui redditus Epiſcopatui reliquerunt, vt ciues pauperes exinde alerentur. Ita quòd ego non auderem facere contrarium; & prædicta intelligo de portione competente pauperibus, non de eo quod ſupereſt Epiſcopo de portione ſua, quod concedimus pro libito quibuſuis pauperibus erogare poſſe.

2 Pauperum appellatione veniunt Eccleſiæ,Monaſteria, loca pia,ornamentis,luminaribus,ædificijs, & alijs neceſſarijs indigentia,iuxta Ioan.Andr. cõmuniter receptum in c.1. de teſtamentis,in 6.eſt etiam bene impenſum, quod erogatur hoſpitãdo aliquos nobiles Iuriſconſultos per diœceſim tranſeuntes, aut in eam animi gratia ſeſe recipientes per aliquot dies, cùm tales poſſint fauere iura Eccleſiæ,& non ſit mera liberalitas, ſed artificium acquirendi voluntates eorum,dũmodo ita fiat,vt abſit crapula,c.Eccleſiæ principes, diſtin.35. ita ſingulariter Nauarrus diſt. q.1. monit.29.

3 Clericis pauperibus pluſquam alijs debet Epiſcopus ſubuenire. Turrecrem. in c. Quatuor 12. q.2. Abbas in c.Expo-

ſuiſti,

ſuiſti, de præbendis,& in Canon. Apoſt. 58. habetur: Quod ſi quis Epiſcopus,vel Presbyter, Clerico inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit,à cõmunione reijciatur,& ſi perſeuerauerit deponatur, tamquam qui fratrem ſuum occiderit: ita ſeruabat Beatus Carolus Borromeus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an teneatur facere eleemoſynam publicè.*
2 *Epiſcopus non ſatisfacit officio, niſi ſit publicus benefactor.*

CAPITVLVM XXXXVIII.

An Epiſcopus teneatur facere eleemoſynam publicè.

1 TEXTVS in c.4.12.q.2.dicit,ꝙ ſic, nàm ſcriptũ eſt: Vos eſtis lux mundi, ſal terræ, ciuitas ſupra montem, lucerna ſuper candelabrum; ſic luceat lux veſtra coram hominibus; vt videant opera veſtra, & ibi Archid. generaliter loquens dicit, quòd Epiſcopus opera pietatis non debet clàm facere, quia tenetur docere verbo, & exemplo.

2 Bannes ſuper diuo Thoma q.33.art6.dub. vltimo, ex prædictis infert, quòd non ſufficit Epiſcopo, quòd ſit egregius doctor, elegans prædicator, quòd non ſit peccator publicus. Sed requiritur, quòd ſit publicus benefactor, vt ſeipſum bonorum operum exemplum præbeat. Toſtatus idem dicit ſuper Matth.c.6.q.17. ſed declarat quando Epiſcopus eſſet infirmus propter vanam gloriam, quia tunc melius eſt,vt in ſecreto faciat,nè perdat bonum opus ex inani gloria:ſimiliter in ſecreto faciat,quando ex opere bono ſumunt occaſionem alij detrahendi Epiſcopis, quòd ſint inanis gloriæ cupidi, & nemini debent hanc occaſionem dare. 2.ad Corinth.6.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tenetur iure ſingulari ad eleemoſynarum largitionem.*
2 *Epiſcopus debet inquirere pauperes, vt illis eleemoſynam det.*
3 *Sanctus Siluester, & S. Gregorius retinebant ſcripta nomina pauperum, & alij Sancti.*
4 *Epiſcopus deberet erigere congregationem pauperum.*

CAPITVLVM XXXXIX.

De obligatione Epiſcopi inquirendi pauperes Diœceſis.

1 AN Epiſcopus ſatisfaciat præcepto eleemoſynæ, ſi eam faciat illis, qui ſibi occurrunt, vel teneatur inquirere pauperes Diœceſis. Pro reſolutione animaduertendum, Epiſcopos teneri ſingulari iure præ ſæcularibus ad largitionem eleemoſynarum, cùm ſint patres, & protectores pauperum, viduarum, orphanorum; & ex egeſtate viduarum honeſtas, & virginum pudor facilè periclitentur, & famem patientes ſint expoſiti multis periculis, furandi, peierandi, decipiendi. Vnde Salomon, nec diuitias, nec paupertatem deſiderabat. Sot. de Iuſt. & iure lib. 10. q. 4. art. 4. & proinde communis Doctorum concluſio ſe habet, quòd non habens curam animarum ſatisfacit præcepto eleemoſynæ, erogando pauperibus, qui ſibi occurrunt.

2 Sed Epiſcopus, & alij habentes curam animarum, tenentur inquirere pauperes, aliàs non ſatisfaciunt, quod eſt notandum, quia magnum eſt onus Epiſcopi. Archid. in cap. Si peccauerit 2. q. 1. Nauarr. Concl. 24. num. 53. Bannes ſuper D Thom. 2. 2. q. 32. art. 6. dub. vlt. verſ. ſequitur. Card. Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 7. cap. 36.

Sic

3 Sic faciebant Silueſter Papa, S.Gregorius, qui viduarum orphanorum, & aliorum egenorum nomina ſcripta habebant. S. Ioannes Eleemoſynarius, qui etiam pauperes vocabat ſuos dominos, & adiutores in Epiſcopatu propter eorũ orationes.

4 Et ad hunc effectum ſatis videtur, ſi Epiſcopus faciat ſibi à Parochis dari notam pauperum ad eũdem finem ſubuentionis pauperum deberet quilibet Epiſcopus mandare, ſicut Romæ ſeruatur in inſigni Eccleſia S. Laurentij in Damaſo, in qua ego conſecratus fui Epiſcopus, vt in vnaquaque parochia adeſſet congregatio pauperum, quæ regatur à ſæcularibus, & in Eccleſia adeſſet capſa pro eleemoſynis pauperũ Parochiæ, quæ in fine menſis poterunt diſtribui, & vtile eſt dictam congregationem regi à Laicis: ſiquidem quàmuis Parochus habeat notitiam paupertatis parochianorum, neſciunt eam omnes laici, quæ cum dicta congregatione perueniet ad eorum ſcientiã,&ſic eleemoſynas faciliùs largientur,& vbi nõ adſunt hoſpitalia, montes pietatis, & alia loca pia, debet Epiſcopus laborare vt erigantur. S. Thomas de reg.princ. lib.2.c.15.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tenetur de proprio patrimonio facere eleemoſynam, ſi redditibus Epiſcopatus non ſufficiunt.*

2 *Epiſcopus eſt illuminatiuus aliorum.*

CAPITVLVM. XXXXX.

De Epiſcopo cui redditus non ſufficiunt, an teneantur de patrimonio ſuo eleemoſynam dare imminente neceſſitate.

1 CONCLVSIO videtur affirmatiua, quoniam ſi tenetur pro ſalute gregis exponere vitã propriã periculo in pluribus caſibus neceſſitatis, in quibus alij Chriſtiani nõ tenẽtur, & ad id ſe obligat in conſecratione, vt diximus cũ S. Thom. in c. 1. tanto magis temporalia, ma-

ximè,quòd ex egeſtate viduarum honeſtas,& virginum pudor periclitantur, & detur occaſio furandi, periurandi, & committendi alia peccata, cui malo tenetur Epiſcopus obuiare, ita Caet. ſuper D. Thoma 2.2. q. 184. art. 5. probat efficaciter Vannes ſuper D. Thoma 2.2. q.32. art.6. Dicens Epiſcopum ex propria ratione ſtatus, & officij teneri paſcere gregem ſibi commiſſum, non ſolum verbo, & doctrina,ſed & ad omnẽ virtutem proprio exemplo exhibere. D. Thomas 2.2. q. 185. art. 5.

2 Vnde Dionyſius de Eccleſiaſtica Hierarchia c. 5. dicit, quòd Epiſcopus eſt illuminatiuus aliorum;& dicuntur Epiſcopi ſupremi magiſtri Doctrinæ Chriſtianæ, & proinde vt eorum magiſterio ſatisfaciant,tenentur præbere ſeipſos gregi exẽplar ſingulare totius virtutis,& maximè miſericordiæ & charitatis erga proximos. Et ex his liquet, ꝙ deciperentur Epiſcopi,qui abſtinerent ab eleemoſynis, dicentes redditus Eccleſiæ non ſufficere pro victu,& de patrimonio non teneri pluſquam laici, vt tenet S.Thom. q. 185.art. 7. in corpore q. ſaltem non videtur poſſe negari,quin Epiſcopi magis excitari, & inflammari debeant ad faciendum eleemoſynas de eorum patrimonio. Vnum eſt certum ex diuo Hierony. diſt.42. in Sum.& Ambroſio de officio, quòd Epiſcopi eleemoſynarij vltra meritum vitæ æternæ, magis abundant temporalibus, vt commemorauimus in c. 18. adducentes aliqua exempla.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus pauper tenetur petere eleemoſynam à diuitibus, & erogare pauperibus.*

2 *Exemplar Sanctorum Epiſcoporum, qui pauperes ſuſtentarunt tempore penuria, procurantes eleemoſynas à diuitibus.*

3 *Epiſcopus, an poſſit conſeruare horrea plena tritico, vt vendat cariùs in aliud tempus.*

4 *Epiſcopi debent eſſe memores illius tam exactæ curæ pauperum, quam habebant Apoſtoli.*

5 *Epiſcopi, qui non faciunt largas eleemoſynas, verſantur in magno*

magno periculo ſalutis.

6 *Epiſcopus non debet deſiſtere ab eleemoſynis propter importunitatem pauperum.*

CAPITVLVM XXXXXI.

De Epiſcopo paupere, an teneatur petere eleemoſynam à diuitibus, & erogare pauperibus.

1 DICIT ſanctus Ioannes Chryſoſtomus de Sacerdot. lib. 3. Quod Epiſcopus debet eos, qui bonis abundant animare ad certatim bona ſua erogãda pauperibus; ſed Dominicus Bannes ſuper D. Thoma 2.2. q. 32. art. 6. magis particulariter probat, quòd Epiſcopus pauper tenetur petere eleemoſynam à diuitibus, & dare pauperibus, cùm ſuccedat in locum Apoſtolorum, qui hanc curam habebant, vnde 2o. ad Corint. c. 8. Apoſtolus ſollicitudinem ſuam oſtendit in colligendis eleemoſynis, vt deferrentur à Macedonia, & à Corintho ad pauperes, qui erant in Hieruſalem, neque putabat Apoſtolus, alienum eſſe ab Apoſtolatu, pauperum curam gerere, & neceſſaria illis procurare: Immo hoc ipſum in ſalutem animarum pauperum, & diuitum cedere exiſtimabat, & hanc ſollicitudinem pro pauperibus qui erant in Hieruſalem, quaſi in mandatis accepit à Petro, & Ioanne, vt ipſe refert, ad Galatas ſecundo, vbi inquit, Qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ, &c. tantum, vt pauperum memores eſſemus. Item Apoſtolus pri mo ad Timoth. 4. ipſi Timotheo dicit: Nemo adoloſcentiam tuam contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in conſeruatione, in charitate, in fide, in caſtitate; & paulò antea dixerat: Exerce te ipſum ad pietatem. Præterea inquit Apoſtolus ibidem c. 6. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè affluenter, bene agere, diuites

fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant vitam verã. Vnde Bannes: Quomodo hæc prædicabit Epiſcopus, qui habet horrea plena tritico, ſeruans illud in tempus quo cariùs poſſit vendi, qui abundat theſauris, & pecunijs, qui magnificas ædes, pro aliquo conſanguineo hærede opulentiſſimo relinquendo conſtruit?

3 Exempla Sanctorum, etiam rem apertam faciunt. Sanctus Baſilius Epiſcopus Cæſarienſis, tempore magnæ penuriæ mira diligentia vſus fuit in petendo eleemoſynam à diuitibus, & erogando pauperibus. Necnon pro fratribus lepræ lue infectis, ampliſſimas ædes extruxit, annuis prouentibus conſtitutis, quos à diuitibus, & copioſis hominibus, prudenti oratione impulſis collegerat, ægrotoſq; omnes in vnum collegit, pauperũ gymnaſia hæc loca appellans. Idem ſeruabat S. Nicolaus Epiſcopus Myrenſis, qui ad quoſdam diuites amicos recurrebat, vt pauperibus ſuccurreret; Gregorius Nazianzenus multis laudibus exornat pietatem quorundã Aegyptiorũ Epiſcoporum, qui aduecto frumento plebem Conſtantinopolitanam in annonæ caritate leuauerant, in Orat. 24.

3 Quoad illud, quòd dicit Bannes, crederem, quòd ſi non adeſſet pauperum neceſſitas, nec damnum publicum, & Epiſcopus eſſet pauper, non eſſet illicitum Epiſcopo conſeruare victualia vendenda tempore, quo cariùs valent, ſed ſi poſſet alio modo viuere, res eſt mali exempli in Epiſcopo. Dicit etiã Sotus de Iuſtitia, & iure lib. 10. q. 4. quòd quamuis propter collabentem Clericorum vitam, facta ſit illa diuiſio, qua cuique ſua portio adiudicata eſt.

4 Nihilominus Epiſcopi exuere non debent antiquam illam Eccleſiæ pulchritudinem, quæ ſubſidio pauperum elucebat, quando Apoſtoli Diaconorum miniſterio tam impensè viduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant. Quæ omnia ſunt menti tenenda, & ſi attentè conſiderentur, otioſa videtur illa quæſtio à Doctoribus ventilata, Epiſcopi ſint Domini rerum Eccleſiaſticarum, vel non.

5 Concludit etiam Bannes loc. cit. & exiſtimat neminem Epiſcopo-

ſcoporum eſſe in ſtatu ſalutis, niſi notabiles eleemoſynas faciat pro facultate ſubſtantiæ.

6 Vnum putaui non tradendum obliuioni, ne Epiſcopus ceſſet ab eleemoſyna propter importunitatem aliquorum pauperum, qui ipſum quotidie infeſtant, cùm non propter pauperes, ſed propter Deum faciat eleemoſynam; memor ſancti Gregorij, qui vni eidem pauperi, eadem die tres largas eleemoſynas fecit, & poſtea fuit reuelatum illum pauperem fuiſſe Angelum, & multo minùs debet exaſperare pauperes importunè petentes eleemoſynam, aut permittere, quòd domeſtici illos exaſperent, quia hoc in omnibus eſt peccatum, multò magis in Epiſcopo, c. Vnum, diſt. 21. S. Ioannes eleemoſynarius reprehendebat eius famulos, qui ſubtiliter interrogabant pauperes de eorum ſtatu, dicens: Ego non præpoſui vos, vt examinaretis pauperes, ſed vt eleemoſynas diſtribueretis. S. Ioannes Chryſoſtomus, facit pulchrum tractatum, ne ſcrutemur pauperes curioſè.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus peccat mortaliter non protegens pauperes.*
2 *Epiſcopus defendat pauperes, nè fraudentur eleemoſynis.*
3 *Epiſcopus poteſt excommunicare diuites non facientes eleemoſynas.*
4 *Epiſcopus excommunicat nolentes vendere victualia tempore penuria.*
5 *Clerici occultantes frumentum tempore penuria grauiter puniendi.*
6 *Penuria ex tribus caſibus permittitur à Deo.*
7 *Epiſcopi poſſunt inducere Populo ieiunium.*

CAPITVLVM. XXXXXII.

De protectione pauperum, ne fraudentur eleemoſynis, maximè tempore penuriæ.

1 PECCAT mortaliter Epiſcopus, ſi pauperum, miſerabilium perſonarum, & oppreſſorum ab alijs protectionem neglexerit. Turrecrem. in Summa diſt. 84. per illum textum; & non ſolùm Canones, ſed etiam leges ſæculares dicunt, Epiſcoporum verum cultum eſſe adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate, l. 1. C. de Epiſcopis, & clericis. Vnde Epiſcopus non ſolùm debet pauperibus eleemoſynas facere, ſed curare, vt eleemoſynis ſibi debitis ab alijs non fraudentur. Tempore Apoſtolorum nullus egens erat inter illos, Act. c. 4. Idem poſſumus credere ttmpore Moyſis, dum mandat vt nullus egenus, aut mẽdicus ſit in populo. Deuter. c. 15.

2 Quapropter, quia multi ſine neceſſitate quærunt eleemoſynas, fraudantes verè pauperes eleemoſynis, cum peccato mortali, c. Paſtor, 2. q. 1. poterit Epiſcopus, vbi eſt talis abuſus, illos excommunicare; dicit enim gloſſa in Summa, & c. 1. diſt. 82. quod Eccleſia potentibus laborare prouidere nõ debet, de alijs mendicantibus ſine neceſſitate, vide in Praxi, c. 59.

Secundò, tanto magis animaduertere debet contra prauos eleemoſynarum quæſtores, qui publicant indulgentias, miracula, dant imagines, ſeu medaglias, ipſos fuſtigando, & mittendo ad triremes, ex c. Cum ex eo, de pœnit. Clem. abuſionibus eodem tit. Conc. Trid. c. 2. ſeſſ. 5. de reform. & c. 9. ſeſſ. 25. de reformat. Abbas in c. tuarum, de priuileg.

3 Tertiò, tempore caritatis annonæ poterit excõmunicare ex officio omnes diuites, qui nolunt facere eleemoſynas, aut hoſpitari peregrinos, vel non exercere alia opera charitatis.

4 Vel ſi nolunt vendere victualia illo tempore, vel ſi vendunt

cariùs peregrinis,quàm ciuibus quouis tempore, c. 1. vbi Abbas, & cōmun. de empt. & vend. Aufrer. in clem. 1. de officio Ord. & de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicos,nu. 3.& tanto magis poterit cōpellere Clericos habētes beneficia,quæ ad opus pietatis principaliter ſunt inſtituta. c. Videntes 12. q. 1. Abbas vbi ſupra, & in neceſſitate pauperum peccat Clericus habens patrimonium, qui conſeruat fructus beneficij. S. Tho. 2.2.q. 185. ar. 1. ad 3.

5 Quartò, ſi Clerici tempore caritatis occultarent triticum conſanguineorum laicorum, dicentes eſſe ſuum, ne cogantur vendere à Curia ſæculari,quæ laicos compellit, debet Epiſcopus acriter punire Clericos, vt ſint alijs in exemplum: hoc enim eſt peccatum grauiſſimum, impedire victum pauperum tempore penuriæ, quo infiniti fame pereunt, iuxta illud: Si non pauiſti, occidiſti. c. paſce, diſt. 86.

6 Quintò,tēpore penuriæ,& ſemper deberet Epiſcopus admonere populū,quòd penuria tribus ex cauſis permittitur à Deo; prima quando pauperes fraudantur eleemoſyna; ſecunda quando non ſoluuntur decimæ, ex oblationibus ſacerdotibus; tertia quando diuites non agunt gratias Deo de diuitijs. Diuus Hieronymus in c. reuertimini, c.6.q.1. In iſtis calamitatibus, ac tempore peſtis, vel belli, aut alijs, ſoliti fuerunt Epiſcopi indicere populo Ieiunium, quod poſſunt. Tertull. de Ieiunio. S. Thomas 2.2.q.147.art.3. Cardinalis Baronius, tom. 2.fol.184.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt exercere negotiationem pro ſubuentione pauperum.*

Digitized by Google

CAPITVLVM XXXXXIII.

De Epiſcopo, an poßit exercere negotiationem pro ſubuentione pauperum.

PVLCRVM eſt dubium, An Epiſcopus pro ſubuentione pupillorum, viduarum, & aliorum pauperum poſſit exercere negotiationem ſimplicem, non mutata forma, aliàs Clericis prohibitam, diſt. 88. per totum, & quamuis ſi ipſe eſt pauper poſſit pro pauperum ſubuentione illam exercere, vt tenet Archidiaconus, & Turrecr. in c. conſequens diſt. 86. tamen ne Epiſcopus reputetur negotiator, poſſet data reali eius paupertate, & pauperum egentia, dare curam negotiationis alicui viro bono, qui fideliter lucrum diſpenſet, & in domum Epiſcopi nil lucri intret; de alijs operibus miſericordiæ infra tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Confirmationis, quàm ſit vtile.*
2 *Peccat Epiſcopus negligens confirmare.*
3 *Pueri in qua ætate confirmandi.*
4 *Amentes quando confirmandi.*
5 *Infirmi interrogandi, ſi ſint confirmati.*
6 *Patrinus, quot poſſit tenere in Confirmatione.*
7 *Epiſcopus, an peccet confirmando alienos.*
8 *Confirmatio debet fieri cum ſigno Crucis.*
9 *Epiſcopus peccat confirmans ex veteri Chriſmate.*
10 *Adulti qui confirmantur debent priùs confiteri ſua peccata, & quare.*

CAPI-

CAPITVLVM XXXXXIIII.

De ſollicitudine Epiſcopi circa Sacramentum Confirmationis.

1 CVM Sacramentum Confirmationis ſit adeò vtiliſſimum, vt DD. Sancti dicant, certo modo,nõ eſſe perfectè Chriſtianũ, qui non eſt confirmatus, & quia in eo deſcendit ſeptiformis gratia Spiritus Sancti, cum omni plenitudine ſanctitatis, ſcientiæ, & virtutis, & anima maiorem perfectionẽ,& gratiam recipit,S. Thomas in 3. part. q. 72. art. 11. de conſecrat. diſt. quinta, in Summa,& quia ſemel in vita recipi poteſt, & quia,vt experientia docet,cõtingit vt aliqui homines peſſimi ſolent eſſe nõ confirmati, & ſi confirmentur, vel efficiuntur boni, vel forſitan non erunt adèo mali: cumque Epiſcopus teneatur omnia neceſſaria, & valde vtilia ſaluti animarum procurare, debet omni ſtudio ſollicitus eſſe ſuper hoc Sacramento, ſuper quo aliqua annotanda cenſui.

2 Primò,peccat Ep̄s grauiter, ſi multo tempore negligenter omitteret Confirmare. Angel.in verbo,Confirmationis ſacramentum. Silueſt. in verbo,Confirmationis. Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 5. c. 4. Suarez ſuper 3. part. D. Thom. q. 72. art. 2. diſput. 38. ſect. 2.

3 Secundò,pueri, & ſi ex vſu Eccleſiæ, non ſint confirmandi antequam incipiant habere vſum rationis, tamen ob aliquam grauem cauſam conueniens eſſe poſſet præuenire,vt ſi diuturna abſentia Epiſcopi timeretur, aut ſi infans eſſet in periculo mortis. Cùm enim pueri ex hoc ſacramento maiorem gratiã recipiant, & conſequantur maiorem gloriam.S. Thomas d. q. 72.art. 8. ad 4. non debent priuari tanto bono.

Tertiò,ſi Epiſcopus ex ſola beneuolentia infantem nimis

paruulum

paruulum confirmaret, Suarez loco citato putat non multum peccare. Ego arbitror (quia hodie malitia multum creuit) & quia omnes confirmati ſolent deſcribi, quòd poſſent pueri trium annorum Confirmari, dummodo ſcribantur nomina, tantò magis in locis remotis, in quibus non frequenter ſolent Epiſcopi conferre Sacramentum:nam ſcriptum ſupplet memoriam, ne forte moriantur ſine hoc Sacramento; olim poſt Baptiſmum ſtatim tradebatur hoc Sacramentum, vt pluribus auctoritatibus probat Petrus de Soto de ſacramento Confirmationis.

4 Quartò, hoc ſacramentum debet conferri amentibus, quos non cōſtat tempore amentiæ notoriè fuiſſe in peccati mortalis ſtatu; ſed amentibus à natiuitate non eſt negandum, nec differendum, ſicut in paruulis, quia non expectatur ſtatus, in quo poſſint melius diſponi, nec ſunt priuandi tantæ gratiæ perfectione, Henriquez de Confirmat. cap. 5. Suarez loco cit. & alij.

5 Quintò, propter vtilitatem huius Sacramenti deberet Epiſcopus vigilare, ne aliquis decedat ſine illo, & præcipere Parochis, vt morituros interrogent ſi fuerint Confirmati, etſi non ipſos Confirmare valeat, licet enim non ſit morituris cōferendum ad pugnam, iuuat ad augumentum gratiæ, iuxta S. Thomam d. q. 72. art. 8. ad 4. & magis communem, de qua teſtatur Henriquez loc. cit. cap. 1. Ita ſeruabat Beatus Carolus, vt ſupra diximus.

6 Sextò, Etſi vnus non poſſit tenere vltra duos eadem die Confirmationis, vt in Pontificali, tamen quando verè conſtat volentem tenere, eſſe aliquem virum probum, maximè curatum, aut ſenem, in quo iudicio Epiſcopi ceſſat præſumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia ſpirituali, vel eius matre propter imparem conditionem, arbitror Epiſcopum non peccare, ſi permittat tenere vltra duos; nàm lex fundata in præſumptione non obligat in foro conſcientiæ. Abbas in c. Quia plerique, de immunitate Eccleſiarum, Alphonſus de Caſtro de lege pœnali lib. 1. c. 5. docum. 3.

7 Septimò, Epiſcopus peccat Confirmans alienos ad eum occurren-

occurrentes, ex cap. 1. de religioſis dom. iuxta Silu. confirmatio q. 5. Suarez loc. cit. verum ex tacita voluntate Epiſcopi, ſiuè præſumpta ratihabitione credo non peccare, maximè quando Epiſcopus proprius eſt abſens, vel non miniſtrat hoc Sacramentum; facilius enim poteſt præſumi ratihabitio in hoc Sacramento, quàm in Sacramento Pœnitentiæ, & tamen peregrini poſſunt vbique confiteri, & ita tenet Henriquez vbi ſupra, c. 6.

8 Octauò, Epiſcopus debet vnctionem facere ad modum Crucis, aliàs non conferret Sacramentum. D. Thomas art. 4. ad 3. diſt. q. 72. c. Nunquid. de conſ. diſt. 3. Henriquez loc. cit. c. 2. & communis.

9 Nonò Epiſcopus peccat, ſi confirmat ex veteri Chriſmate, & non ex nouo illius anni, ex c. ſi quis de alio, de conſ. diſt. 4. Suarez vbi ſupra.

Vlterius non confirmet Epiſcopus ſine patrino, quia eſt de præcepto Eccleſiæ, nec admittat in patrinos nõ Confirmatos, ex c. in Baptiſmate, de conſ. diſt. 4. quia peccaret mortaliter, iuxta aliquos, & multi dicunt, quod non Confirmati tenentes, non contraherent cognationem ſpiritualem, quos refert Henriquez loc. cit. c. 3.

10 Debet etiam laborare monendo populum, vt Confirmandi, adulti ſint confeſſi peccata, non quod ſola contritio non ſufficeret, ſed quia difficiliter quidem homines conantur habere illam in illo inſtanti Confirmationis, vel ſaltim contriti, & vtile eſt admonere populum ante Confirmationem, de contentis in Pontificali, alia poſſunt videri apud Summiſtas; ſatis ſit hæc pauca memoraſſe.

SVMMARIVM.

1 *Peccat mortaliter Epiſcopus ordinans indignos.*
2 *Epiſcopus ordinans ſine examine debet deponi.*
3 *Exemplum S. Leonis Papæ circa ordinationem indignorum.*
4 *Homines malæ vitæ ſunt ordinandi, vbi nullus ordo inhabitat.*

5 *Hæreſes*

5 Hæreſes, & alia mala numerantur, quæ ex ordinatione indignorum proueniunt.
6 Ordinari non debent indigni, nec propter penuriam aliorum.
7 Peccat Epiſcopus non inſtruens promouendos ad ordines per ſe, vel alium.
8 Epiſcopus ordinans illitteratos ſuſpenditur.
9 Examinari ab Epiſcopo ordinante, an debeant aliqui ſubditi.
10 Sacerdotes idiotæ, an poſſint tolerari ab Epiſcopo.
11 Peccat Epiſcopus ordinans ſine titulo.
12 Epiſcopus Italus non ordinet Vltramontanos.

CAPITVLVM XXXXXV.

De vigilantia Epiſcopi circa Ordines conferendos.

1 MEMOR eſſe debet Epiſcopus, ne conferat Ordines indignis, præbens occaſionẽ tanti mali in republica Chriſtiana, etenim nil peius conſiderari poteſt, eum auertere debent. Primò, dictum Apoſtoli ad Timotheum 1. cap. 5. Nemini citò manus impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.

2 Secundò, Epiſcopus admittens ad ordines ignorantes, aut homines malæ vitæ, nullamque in hoc, aut paruam faciens diligentiam, peccat mortaliter. c. penultimo de ætat. & qualitate, Archidiaconus in cap. ſi qui, 1. q. 1. Cardinalis Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 5. c. 4. & etiam ordinati peccant, d. c. penultimo, & Epiſcopus ordinans ſine examine, debet deponi; d. c. ſi qui.

3 Tertiò, Terribile eſt exemplum Sancti Leonis Papæ, de quo legitur, quòd dum precaretur à Deo veniam peccatorum, habuit reponſum omnia peccata ei fuiſſe dimiſſa, præter peccatum manuum impoſitionis, pro quo maiorem pœnitentiam agere deberet. In ſacra Scriptura habetur exemplum de Ieroboam impio, qui conſtituebat ſacerdotes de nouiſſimis populi, & quoſcunque intercedente pecunia, lib. 3. Reg. c. 13. qui fuit grauiter à Deo punitus: & de Iuda Machabæo, qui elegerat ſa-

rat ſacerdotes ſine macula, & erat miles. Machab. c. 3.

4 Quartò dicit Bernardus de Conſiderat. lib. 3. c. vltimo: Homines malæ vitæ non ſunt hic ordinandi, ſed vbi nullus ordo, & ſempiternus horror inhabitat. S. Ambroſius noluit ordinare, quoſdam iuuenes in inceſſu leuiter ſe habentes, vt ſupra commemorauimus. Beatus Carolus viros graues cum dignitate, ac genere præſtãtes qui interdum prouecta ætate ad Eccleſiaſticum ordinem tranſibant, compellebat ad humilis clerici munera exequenda, in cuſtodienda, ac mundanda Eccleſia, campana pulſanda, ſeruiendo presbyteris in Miſſa. Si Nabuchdonoſor Rex mãdauit introduci in eius domum pueros eruditos omni ſapientia, vt poſſent ſtare in palatio Regis. Daniel c. 1. quales debet ordinare Epiſcopus, qui poſſint ſtare in palatio Dei.

5 Quintò, incredibile eſt quot mala oriuntur, ex ordinatione indignorum: ſæpè hæreſes ortas eſſe tradit Alphonſus de Caſtro de iuſt. hæretic. punit. lib. 3. c. 5. Nàm Huſſitarum hæreſis initia enarrans Aeneas Siluius lib. de orig. Bohemorum c. 5. ait: Sequebãtur Ioannem Hus Clerici ferè omnes ære alieno grauati, ſceleribus, ac ſeditionibus inſignes, qui rerum nouitate euadere pœnas arbitrabantur: refert idem Alphonſus, delicta quæ committuntur à Clericis, qui ad hunc finem ſuſcipiunt vt ſint exempti à foro ſæculari ſunt innumerabilia, quod ex negligentia Epiſcoporũ, qui idiotas, & facinoroſos paſſim ordinant, ſine aliqua diligentia, euenire dicit, & deplorat Aluarez in Spec. Sum. Rom. Pontif. c. 55. S. 9. Vidi quamplures idiotas Sacerdotes ex ignorantia tandem deueniſſe ad conuerſationem cum banditis, & miserè interfectos fuiſſe, cuius rei cauſa fuit, quod cùm eſſent idiotæ non conſiderabant ſacerdotalem dignitatem, & omnium malorum cauſa Epiſcopi, qui diligentiam in conferendo ordines non adhibuerant. S. Ludouicus Epiſcopus Tholoſanus, non niſi probatos, & ab ipſomet examinatos ad ordines admittebat.

6 Dicunt aliqui quòd propter penuriam aliorum, poſſunt non tam idonei ordinari? Quibus reſpondetur, ꝙ nunquã ignari, aut alij inhabiles ſunt promouẽdi, neque propter penuriam alio-

rum, Archid. ind. c.ſi qui nàm. Sanctius eſt ordinare paucos bonos,quàm multos malos,c.Tales,diſt.23.& d.c.pen.de ætat. & qualitat. quia Epiſcopi ſub peccato mortali tenētur promouendos inſtruere, d. c. penult. & Epiſcopus ordinans illiteratos eſt ſuſpenſus per annum à collatione ordinum,c. Nullus,de tempor.ord. in 6.

7 Ego audio Sixtum V. declaraſse, quòd ordinans alienos, debet examinare de doctrina, ſed quicquid ſit de iure,nos videmus,& manibus tangimus,quòd iſtæ dimiſſoriæ cum approbatione doctrinæ quotidie extorquentur à Vicarijs Epiſcoporum ab idiotis, qui neque legere ſciunt, ad quid defendere peccata ſub clypeo,quod Doctores ita dicunt,cum magno dãno reipublicæ,maximè Epiſcopos, qui præ alijs debent obuiare damno publico, & non fouere malitias aliorum:ſi verò Epiſcopus dimittens,eſſet doctrina,& morum probitate inſignis, aliud eſt dicendum, & ex his apparet quòd Epiſcopi debent ante ordinationem adhibere magnam diligentiam, ſi Clerici ſint inquiſiti, ſi ſint debitores, ſi frequentant Sacramenta,& alia requiſita à Sacro Concilio Trid. ſeruare, vt videantur non iudicij ſæcularis fugiendi cauſa, ſed ex diuina inſpiratione hoc vitæ genus elegiſſe.

Si verò Epiſcopus ſucceſſor inuenerit aliquos illiteratos ordinatos Sacerdotes, poterit ipſos benè inſtructos tolerare, ſi ſciũt legere Miſſam,& facere officium. Archid.in c.Si qui p.q. 7.vel ſaltim ad dicẽdas aliquas Miſſas faciles, vt de Requiem, vel de Sancta Maria. Legitur in vita S.Thomæ Cantuarienſis, quòd ſuſpendit quendam Sacerdotem idiotam, ſolitum celebrare Miſſam de ſancta Maria,& Beata Virgo miraculosè fecit illum rehabilitari ad Miſſam.

8 Peccat Epiſcopus ordinans ſacris ſine titulo. Hoſt. in Sum. de pænit. §. Cùm Epiſcopus, & c. Neminem, & c.Sanctorum, 71. diſt. & c. Epiſcopus, de præben.& debet illos alere d.c.Epiſcopus.

9 Sed vtile eſſet,quòd Clerici qui ordinantur cum ficto titulo per Conſtitutiones Synodales ſuſpenderentur, vt olim erat ſtatutum in d. c. Neminem, & c.Sanctorum.

10 Si

10 Siquidem, vt experientia docet, Sacerdotes ſolent deuenire in ætate ſenili, ad mendicitatem, quando Epiſcopi ſunt mortui, quorum bona non reperiuntur, aliqui Clerici deferunt donationes à parentibus, qui nihil ſibi relinquunt, quod fieri non poteſt, cum donator, & parens non poſſint conueniri vltra quam facere poſſunt, l. inter alias. ff. de re iudicata, & alij filij poſtea dicunt donationem inofficioſam, quia excedit legitimam.

11 Vnde Epiſcopus debet vigilare, vt donans reſeruet ſibi victum, & filijs ſuis.

12 Caueat Epiſcopus Citramontanus, nè ordinet Vltramontanos ex c. 1. de temporibus ordinationum, quia ſolent eſſe Apoſtatæ, excomunicati, irregulares; niſi de licentia Papæ, vel cum literis patentibus ſuorum Ordinariorum, in quibus exprimatur cauſa, quare per illos non ordinantur, & quia iſtæ ſolent eſſe falſæ, Epiſcopi cauti nunquam ordinẽt eos. Alia peccata Epiſcopi, quoad ordines ponit Nauarrus c. 22. n. 18. Satis ſit hæc memoriæ reduxiſſe quoad hoc caput.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non excuſatur ſi lupus oues comedit, & ipſe neſcit.*
2 *Epiſcopus debet certiorari de neceſſitatibus Diœceſis, de pauperibus, & infirmis, qui non poſſunt manibus proprijs laborare.*
3 *De infirmis in extremis laborantibus.*
4 *De peccatoribus publicis.*
5 *De inimicis capitalibus.*
6 *De defunctis pauperibus.*
7 *Epiſcopus debet cognoſcere vultum ouium ſuarum.*
8 *Modus cognoſcendi eos qui non communicauerunt in Paſchate.*

CAPI-

CAPITVLVM XXXXXVI.

Quod Epiſcopus debet aſsiduè certiorari de nonnullis concernentibus regimen animarum.

1 FORMIDABILIS eſt Epiſcopis diſpoſitio textus in c. Quamuis, de regulis iuris, dicitur enim ibi: Non excuſatur paſtor, ſi lupus oues comedit, & ipſe neſcit. Vnde Epiſcopus dicitur ſpeculator, c. Cleros, diſt. 21. quaſi quod ſpeculatoris exemplo eius officium cõſiſtat in inquirendo, & diligentiſſimè ſcrutando neceſſitates ſubditorum, & inſidias diaboli contra eius gregem, & tenetur de leuiſſima culpa, vt ſupra diximus c. 14. Vndè dicit Habacuc: Super cuſtodiam meam ſtabo, c. 2. & de Epiſcopis non vigilantibus dicitur Iſaiæ c. 56. Speculatores eius cæci ſunt, canes muti neſcientes latrare, dormientes, & amantes ſomnia.

2 Quocirca cùm ignorantia non excuſet Epiſcopum, ſed teneatur adhibere exactiſſimã diligentiam, neceſſario cõcludendum eſt certiorari debere aſſiduè de neceſſitatibus occurrentibus pro ſalute animarum, quæ cum ſint innumeræ, & ſecundum varietatem locorum, & perſonarum iudicentur, remittendæ ſunt arbitrio ipſius, aliquas tamen neceſſarias, aut valdè vtiles ſubnectere decreuimus.

3 Primò deberet certiorari de omnibus pauperibus, & infirmis, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, quibus ipſe tenetur ſubuenire, [illegible] diſt. 82. ac eos inquirere, vt ſupra diximus in c. 43. Exemplo Sancti Siluestri, & Sancti Gregorij, Sancti Ioannis Eleemoſynarij, Sancti Nicolai Epiſcopi, qui pauperum nomina ſcripta habebant, & licet Epiſcopus ſit pauper, vtile ſt habere hanc notam, quia ſi non omnibus, ſaltim aliquibus poterit ſubuenire, & magis ſpecialem debet habere hanc curam viduarum & virginum pauperum, vt dicit Chryſoſtomus de

mus de

mus de Sacerd.libro. 3.

Secundò deberet certiorari de omnibus infirmis in extremis laborantibus ſiue pauperibus,ſiue diuitibus, vt poſsit data commoditate viſitare illos per ſe, vel alios, concedere indulgentiam,benedictionem orare pro eis,mandare parochis, vt vigilent illos, non derelinquant decedentes maximè de nocte, & Parochis impeditis ſubſtituantur alij, vt eos confirmet ſi opus fuerit, vt diximus in c.48. & in c. ſequenti probauimus, Epiſcopum non viſitantem infirmos, grauiter peccare.

4 Tertiò peccat Epiſcopus, ſi non inquirit delinquentes publicos,ſeu peccatores in ſua Diœceſi: Bãnes ſuper 22.D.Thomæ q. 32. art. 3. dub. 2. in c. ſicut, de accuſationibus, præcipitur Epiſcopis ſub pœna ſuſpenſionis,quòd in Synodo conſtituant teſtes Synodales, qui inquirant delicta, & alia corrigenda, & Epiſcopo denuncient; Archid. in cap. ſi peccauerint 2.quæſt. 1. & ita ſeruabat Sanctus Nicolaus prædictus, & ſignanter debet habere notitiam concubinariorum; & quia multi ſub fide de contrahendo matrimonio perſeuerant in peccato, & differunt contrahere ſub nonnullis friuolis excuſationibus, non ſolutæ dotis, & alijs, optimum remedium eſt ipſos monere, vt deſiſtant vel matrimonium contrahant, & poſt monitionem ſi non obedierint, capere informationem contra illos, & citare ſuper concubinatu; Quia experientia didici quòd ſtatim contrahunt, nè in iudicium tamquam concubinarij trahantur in locis, in quibus poſt ſponſalia de futuro ſponſi coeunt, & differunt contrahere matrimonium, debet prohibere Parochis ne interueniant ſponſalibus de futuro, ſed procurent fieri matrimonium: & pariter debet certiorari de vſurarijs publicis, & contractibus vſurarijs compellendo, ad edendum inſtrumenta vſuraria.Clem.vnica de vſuris, & ſic de alijs.

5 Quartò de omnibus inimicitijs capitalibus, quæ naſcuntur quas componere tenetur Epiſcopus, vt diximus in c. 37.

6 Quintò deberet certiorari de omnibus defunctis pauperibus, qui non habent amicorum ſuffragia, vt pro eis celebrare

M poſsit

Digitized by Google

poſsit,vel celebrari faciat. Turpe eſt .n. Epiſcopũ quotidie prædicare nõ eſſe pœnã in hoc mundo quæ æquetur minimè penæ Purgatorij: etiam mirabilia tormenta Martyrum, vt dicit Auguſtinus in c. Nullus. §. hic autẽ de pœnit. diſt. 7. hortari alios ad ſubueniendum defunctis, & poſtea non orare pro illis; ſi enim pater & Epiſcopus, quì debet eſſe præceteris plenus charitate non celebrat pro filijs ſuis, quis orabit pro eis? Eo magis quòd faciliter contingere poteſt, multos eſſe in purgatorio propter malum exemplum Prælati, vel quia eos non correxit, prout tenebatur.

7 Præterea tenetur Epiſcopus cognoſcere vultum ouium ſuarum, numerum, nomina, ſtatum, & conditionem. Prouerb. 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui: & Chriſtus paſtor vocat eas nominatim. Ioannis 10. Extrauag. Saluator, de Præben. Alphonſus de Caſtro, de iuſta hæreticorum punitione lib. 3. cap. 4. Petrus de Soto de officio animarum hoc pertinent omnia ſupradicta, & multa alia per Parochos obſeruanda, quos Epiſcopus compellere debet, nempè quod fiant libri baptizatorum, confirmatorum, patrinorum, decedentium, liber inquiſitorum cognoſcantur excomunicati, dociles ad piætatis dogmata ſuſcipienda: extranei maxime, qui cum fœminis morantur dicentes eſſe coniugatos, qui non ſunt admittendi ad cohabitandum cum illis ſine teſtimonio Epiſcoporum, & inquiratur, an alibi ſint infames vel excomunicati; Item ſcandala, & occaſiones publicas peccatorum non debet Epiſcopus ignorare, aut Parochus vt Epiſcopo denunciet, nempè compotationum, aut conuiuiorum, alearum, tabernarum, inhoneſtorum locorum, & ſimilium.

8 Et peculiaris debet haberi notitia illorum, qui præcepto Eccleſiæ de comunicando in Paſchate non ſatisfecerunt, vt poſsit illos compellere iuxta c. omnis, de pœnit. vtile eſt ſeruare, quod fit in Vrbe, nam Parochus intra Quadrageſimam deſcribit omnes habitantes in parochia cum ætate, ad cognoſcendum ſi ſunt apti ad comunionem, & poſtea in Paſchate dat communicantibus cedulam hoc modo inſcriptam: Communicatus anno tali in Eccleſia tali vel loco cędulæ poterit dare ſigillum

te ſigillum, deinde poſt Octauam Paſchatis ante Aſcenſionem, requirit cedulam ab omnibus diſcurrendo per domos parochiæ, ſi aliquis eam non tradit, ſignum eſt quod non communicauit, & niſi intra paruos dies ſatisfecerint, denuntiatur Curiæ, & compellitur; Aliqui Parochi auaritiæ cauſa tradunt Eccleſiaſticæ ſepulturæ illos qui prædicto præcepto non ſatisfecerunt, quod Epiſcopus ad aliorum exemplum tolerare non debet, & tandem informabit ſe Epiſcopus de alijs, quę expedire iudicauerit; prædicta omnia mandare poterit Curatis ad quos principaliter ſpectat, & teſtibus Synodalibus, vt denuntient, & ſufficit quod Parochi denuntient per ſe vel ſi ſunt abſentes, per alios, quibus ipſe Epiſcopus deberet aliquā mercedē ſoluere pro labore itineris; ſupradicta de infirmis laborantibus in extremis, vt debeant notificari, poſſunt procedere in locis vicinis, non in remotis, quod remittitur arbitrio Epiſcopi qui conſiderans rationem, quam reddere tenetur; inuenit modum prouidendi, per ſe, vel alium, ſaltim pro abſentibus infirmis deberet orare, & ſacrificium ſepè offerre.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet viſitare infirmos.*
2 *Viſitationis infirmorum facta ab Epiſcopo multa vtilitates.*
3 *Exemplum Sancti Ludouici Epiſcopi viſitantis infirmos.*
4 *Epiſcopus non viſitans infirmos an peccet.*
5 *Peccat Epiſcopus non faciens ſeruari bullam Pij V. de Medicis viſitantibus infirmos.*

M 2 CAPI-

CAPITVLVM. LVII.

De obligatione Epiſcopi viſitandi infirmos.

1 VIGILARE omni ſtudio debet Epiſcopus, vt quando maioribus negotijs non fuerit occupatus, viſitet infirmos, maximè morientes, qua hora Diabolus totis viribus conatur illos ſeducere, & in Infernum pertrahere, ad quod inducere debent Epiſcopum.

Primo auctoritates Doctorum, ita enim affirmant S. Ioannes Chriſoſt. de Sacerd. li. 6. Hieron. in Epiſt. ad Nepotianū. Ioannes Vitalis Cardinalis in ſpeculo morali in verbo, Prælatus, vbi dicit, quod Prælati aſſimilantur Angelis aſcēdentibus & deſcēdentibus per ſcalam Iacob, quia debent aſcendere ad Deum per contemplationem, & orationem, & deſcendere ad ſubditos per cuſtodiam, eruditionem, & circumſpectionem ſi ſubditus infirmatur debent ei ſedulam viſitationem, ſi in tribulatione conſolationem, ſi in crimine ſalutarem correctionem, ſi in penuria ſubuentionem, Dionyſius Carthuſ. in libro de quatuor nouiſſimis de iudicio animæ art. 37. ſic loquitur. Hora tantę neceſſitatis, ac periculoſitatis inſtante, debet vnus quiſque fidelis charitatem ſuam ad proximum migraturum tanto feruentius abundantiusque monſtrare, quantò tunc maior eſt indigentia & præſertim omnis Prælatus, ſeu eius Vicarius ad ſibi commiſſos, nè ex negligentia ſua, ouis ſibi credita ab infernalibus illis lupis, crudeliſsimiſque prædonibus, & procaciſſimis ac fallaciſſimis hoſtibus deuoretur, decipiatur, ac omnium creatori ſaluatorique animarum æternaliter auferatur. Paſtor ergo & cuſtos, ac medicus animarum tunc præcipuè curet adeſſe migraturo, pro quo ipſe coram Deo rationem reddere obligatur: Quòd ſi perſonaliter adeſſe nequiuerit, cū diligentia ſumma diſponat, vt deuotæ, & religioſæ, & prudentes perſonæ aſſiſtant illi quouſq. exalauerit ſpiritum. Hæc Dionyſius.

nyſius. Idem tenet multa cumulans Petrus Creſpet. in Summa Eccleſiaſtica, in verbo infirmorum cura.

2 Secundò, inducere debent Epiſcopũ vtilitates viſitationis infirmorũ: eſt enim incredibile quã vtiliſſima ſit infirmis præſentia Epiſcopi; nam infirmi ſi habent odium faciliter remittunt in gratiam Epiſcopi, cum maiori patientia ſufferunt infirmitatem à ſuo patre conſolati, exponunt ei melius ſuas neceſſitates, multi reperiuntur qui fame pereunt ob paupertatem, nec habent, qui id notificet Epiſcopo, & non valentes habere remedia ſolita, cũ ſint imperfecti, quaſi deſperati decedunt, aliqui à Diabolo ſeducti nolunt cõfiteri ſua peccata, credentes non eſſe morituros, & cõſanguinei eorum ne illis timorem incutiant, non ſolum non hortantur ad ſacramenta, ſed etiã prohibent alios, nè hoc officiũ faciant: aliqui cum perditione animarum adhibent ſuperſtitiones, maleficia, & alia remedia prohibita: alij ex negligentia Parochorum non habuerunt Sacramenta, vel nõ commẽdantur eorum animæ Deo, multi decedunt læti ſperantes in Epiſcopo, quẽ vident pium, quòd ſuis filijs pauperibus Orphanis ſubueniet, pro illis miſſas celebrabit, vel celebrari faciet, & aliæ permultæ vtilitates oriuntur, quæ manibus tanguntur.

3 Tertiò, exempla Sanctorum, quos infirmos temporaliter, & ſpiritualiter adiuuaſſe legitur. S. Auguſtinus ſolum pupillos, & viduas ægras & in tribulatione poſitas viſitabat, non alios, memor dicti Apoſtoli. Gregorius Nazianzenus ægrotis inuiſendis ſedulò incũbebat. Notabile eſt exemplum S. Ludouici Epi Tholoſani nobiliſſimi filij Regis, qui aſſiduè viſitabat infirmos, & ſuis manibus illis cibũ porrigebat, & cum die quadã ex viſitatione cuiuſdã pauperis infirmæ ab eius domo diſceſſiſſet, pediculis repletus, id læto animo accepit. Beatus Carolus Borromæus libentiſſimè viſitabat infirmos, benedictionẽ illis impẽdebat, ac indulgẽtiã plenariam, quam à ſũmo Pontifice obtinuerat. Et aliorum Sanctorum vitæ teſtantur quæ videri poſſunt. Sed exemplum Saluatoris noſtri præ alijs ante oculos haberi debet, qui ſocrum Simonis viſitare dignatus fuit, vt nobis relinqueret exemplum.

4 Sed an Epiſcopus non viſitans infirmos morientes, quando commodè poteſt, peccet? & procul dubio cenſeo peccare.

Primò, quia Epiſcopus ſub præcepto ponendi vitam pro ouibus ſuis tenetur ponere, multo magis labores, ſudores, & omnia vtilia facere pro ſalute animarum, vt ex Caet. & alijs probauimus in c. 15. & manifeſtæ ſunt vtilitates viſitationis infirmorum Epiſcopi, & pericula decedentium.

Secundò, qm̃ viſitare tardius infirmos in quolibet eſt peccatũ veniale. c. Vnũ d. 25. multo magis in Prælato, qui ex officio tenetur pauperũ neceſſitatibus ſubuenire, & à ſacerdotio debet eſſe alienus, qui opera pietatis nõ exercet. d. 42. in Sum. ex D. Hier.

Tertiò, facit textus in c. primo diſt. 82. vbi præcipitur Epiſcopis, quòd debeant infirmis pauperibus quantum eis poſſibile eſt temporaliter ſubuenire, tanto magis ſpiritualiter, cum anima ſit multo pretioſior corpore.

Quartò, quia Curati tenentur viſitare infirmos. c. Presbyter 91. diſt. c. pro de celeb. miſſ. ſed Epiſcopus eſt primus Curatus c. quæcunq. 10. q. 1. nec per inſtitutionẽ Parochi exoneratur, ſed alleuiatur eius onus, & quando per Parochos aliquid fieri nõ poteſt, tenetur ipſe, vt probabimus infra c. 54. & quamuis per Parochos id fieri poſſit, non cum tanta vtilitate, quãtam præſentia Epiſcopi affert in domo ouium infirmarum, maximè pauperum, quod experimento probatur, & non alio modo. Inſuper non modicam curam habuerunt Canones antiqui viſitationis infirmorum, competentis Epiſcopis, & Parochis, c. interdicimus 16. q. 1. facit etiam Epiſtola Innocentij ad Decentium, cuius verba hæc ſunt: Epiſcopi occupationibus alijs impediti ad omnes languidos ire non poſſunt; cæterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere, & tangere Chriſmate ſine cunctatione poteſt: ex quibus verbis colligitur, quòd Epiſcopus, quando poteſt, debet viſitare infirmos. Facit Ezechiel. c. 34. Væ Paſtoribus, qui quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ęgrotum non ſanaſtis.

Præterea, & ſi nulla ratio id ſuaderet, ſolus timor reddendi rationem de animabus deberet Epiſcopum inducere ad viſitandum infirmos, & videndum ſi bene exeant de hoc mundo; nè pro illis teneatur; nam negligentia Parochi illum non excuſat, ſi potuit vigilare, & non vigilauit: Et dicemus in c. 54.

paupe-

pauperes infirmi prius ſunt viſitandi, quàm diuites, quia iſti habent multos conſolatores, non pauperes.

5 Notandum prætere a Epiſcopum peccare mortaliter ſi non facit ſeruari Bullam Pij V. de medicis viſitantibus infirmos, quia in ea inponitur præceptum.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalitas neceſſaria in Epiſcopo.*
2 *Domus Epiſcopi debet eſſe commune hoſpitium, & non ſufficit vnum, aut duos recipere.*
3 *Canes non debent eſſe in domo Epiſcopi, ne pauperes mordeant.*
4 *Exempla Sanctorum, qui Chriſtum, & Angelos hoſpitio receerunt.*

CAPITVLVM LVIII.

De hoſpitalitate Epiſcopi.

1 INDVCERE debent Epiſcopum ad hoſpitalitatem.
Primò quòd iuxta ſacros Canones nemo ordinandus eſt Epiſcopus quē non conſtat eſſe hoſpitalē diſt. 85. in ſum. & c. 1. & diſt. 42. in ſumm. habetur: Quomodo.n. alijs prædicabit opera pietatis ſi ipſe ea non exercet & domū propriam hoſpitibus claudit.

2 Secundò Diuus Hieronymus in Epiſtola prima ad Titum ſic loquitur: Domus Epiſcopi debet eſſe commune hoſpitium omnium: laicus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, impleuit hoſpitalitatis officium, Epiſcopus niſi omnes receperit, inhumanus eſt. Et in Concilio Matiſcon. 20. dicitur, quòd domus Epiſcopalis adhoc eſt inſtituta, vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitatem recipiat.

3 Et ideo non debet habere canes, quia non morſibus, & la-

Digitized by Google

tratibus canum,ſed hymnis cuſtodienda eſt domus eius,ne hi, qui confidunt ibi ſe inuenturos leuamen miſeriarum, verſa vice morſibus canum lanientur.

Tertiò facit c.Quieſcamus, diſt.85. & ibi per totum probatur peccare Epiſcopum, qui peregrinos non ſuſcipit.

4 Quartò exempla Sanctorum accendere debent Epiſcopum, nam Abraham,& Loth receperunt Angelos in domos ſuas,ex quo alios ſolebant hoſpitio recipere, d.c.Quieſcamus. Beatus Gregorius ſemel Chriſtum, alia vice Angelum hoſpitio recepit, & non ſolum exteros ad eum confugientes recipiebat, ſed per plateas eos inquiri mandabat, & aliquando proprijs manibus in menſa miniſtrabat. Sanctus Guthbertus Epiſcopus Sindisfernenſis hoſpitio pariter Angelum recepit, qui ei tres panes calidos reliquit, lilia, candore, roſas odore,& mel ſapore præcedentes, vt in eius vita apud Surium. Sanctus Ludouicus Epiſcopus vigintiquinque pauperes quotidie alebat. Sancti Petri Archiepiſcopi Tarentaſij teſte eodem Surio domus, omni tempore,Xenodochium fuit, maximè tamen ante meſſem, menſibus tribus, quando alimenta ſolent deficere habitantibus in montibus, & rupibus, ſingulis annis ſtatuerat agapem fieri generalem, & quotidie multitudinem vndique concurrentium pane refici, & pulmento, & loca ad recipiendum peregrinos inſtituit. Sancti Eligij Epiſcopi Nouomienſis,tanta fuit humanitas erga peregrinos, & pauperes, vt pauperum multitudo, ſicut apes ad aluearium vndique quotidie ad eum confluerent, in tantum, vt ſi quis peregrinus quempiam de domicilio Eligij interrogaret, tale recipiebat reſponſum; Vade in illam plateam, & vbi pauperũ coetum conſpexeris, illic vtique,& Eligium reperies; rarò aut nunquam contingebat, vt cum eo pauperes minimè conuiuarentur; excepto tegumento,& victu omne quod habebat pauperibus, & Eccleſijs diſperſit. Beatus Carolus Borromeus, fuit hoſpitalitatis maximus cultor, & ita innumeri Sancti fecerunt, Proinde deberet Epiſcopus hoſpitalitati pro viribus incumbere, hoſpites quærendo, & compellendo, maximè Sacerdotes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet habere curam expoſitorum.*
2 *Infantes expoſiti à quo ſunt alendi.*
3 *Epiſcopus eſt defenſor libertatis.*
4 *Serui Chriſtiani ſi malè tractentur excitatur ira Dei in populos.*
5 *Seruos Chriſtianos in facie ſignare abominabile eſt.*

CAPITVLVM LIX.

De protectione expoſitorum, languidorum, libertatis, & ſeruorum Chriſtianorum ab Epiſcopo habenda.

1 AD protectionem pauperũ, & charitatis opus ſpectat, vt Epiſcopus habeat curam expoſitorum; & languidorum, quos defendere tenetur, Eccleſ. c.fin. 87.diſt. l.Sancimus, C. de infant.qui ſi ante Eccleſiam exponantur, ſi ſint filij fam. vel ſerui fiunt ſui iuris, & exponentes debent tamquam homicidæ puniri, d.c.fin.& c.vnico, dẽ infantibus, & lang. iſti expoſiti debent ali in hoſpitali ſi adeſt, gloſ.in d.c.fin.

2 Sed dubium eſt quando non adeſt hoſpitale, ad quem ſpectet alere? Abb.in d.c.vnico,videtur dicere quod teneatur Eccleſia, Theſaur. Pedemont. facit pulcram deciſionem 116.in qua concludit,hoc onus ſpectare ad Rectorem Eccleſię cui exponitur infans,qui ſi ſit impotens, tunc tenetur pro rata, Rector,Princeps,& communitas.

3 Libertatis etiam debet eſſe defenſor Epiſcopus,c.libert.87. diſt. & ideo debet defendere pueros natos Chriſtianos liberos, qui effecti captiui tempore infantiæ, poſt plures annos

capti à Chriſtianis tamquam Infideles alijs Chriſtianis venduntur.

4 Et in l.Chriſtianos, C. de Epiſcopis, & Clericis, dicitur quòd Epiſcopus debet defendere Chriſtianos captiuos redemptos in bellis à Chriſtianis, nè iniurijs afficiantur, & ſi domini male tractant ſeruos Chriſtianos, debet Epiſcopus illos monere, quia iram Dei excitabunt ſuper ipſos, & eorum patriam, vt fuit reuelatum Sanctæ Brigidæ per Beatiſſimam Virginem, & poteſt contingere permiſſione Dei, quod ipſi captiui efficiantur.

5 Pariter debet omnino prohibere, ne domini ſeruorum illos in facie ſignent, quod abhorrent leges ſęculares, cum facies hominis ſimilis cœleſti pulchritudini maculari non debet, l.ſi quis in metallum, C. de pœnit. & hodie Turcæ quando vident ſuos ſignari in facie, indignantur, & incidunt nares, & auriculas captiuis Chriſtianis, & ſic iſti domini ſunt cauſa tanti damni, cui malo ſperatur à Summo Pontifice prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet excellenter vacare operibus miſericordiæ ſpiritualibus, & corporalibus.*

2 *Epiſcoporum crudelitas demonſtratur, qui non vacant operibus miſericordiæ ſpiritualibus.*

3 *Sancti plures flebant cum audiebant confeſſiones.*

4 *Sancti Epiſcopi aliquando aſſociabant cadauera ad ſepulturas.*

5 *Exemplum Epiſcopi lambentis vlcus infirmi.*

CAPI-

CAPITVLVM LX.

Epiſcopus excellenter debet eſſe intentus omnibus operibus miſericordiæ ſpritualibus, & corporalibus.

1 DIONYSIVS Cartuſ. de Regimine Epiſcoporum c. 8. probat efficaciter periculum Epiſcoporum, qui non vacant operibus miſericordæ, præ alijs, maximè ſpiritualibus.

Primò, quia ſicut teſtatur S. Ambroſius, ſumma, ideſt plenitudo, & perfectio totius religionis Chriſtianæ, conſiſtit in actibus miſericordię, & pietatis. Cum ergo in Epiſcopis, tamquam in ſummis Eccleſiarum Prælatis, & ſponſis, debeat maximè relucere Euangelicæ legis perfectio, conſtat quòd Epiſcopi debeant in operibus pietatis eminenter eſſe perfecti.

3 Secundò, ſi crudelis cenſeretur qui peregrinis rectam viam ignorantibus, & interrogantibus, nollet rectum iter oſtendere, ſed permittere ire per viam latronum, præſertim ſi ex debito teneretur illam bonam viam oſtendere, nonne crudelior eſt omnis paſtor, qui ſudditos ſibi commiſſos, ignaros, dubios, & vitijs obcæcatos, nolit operibus miſericordiæ ſpiritualibus adiuuare, hortando, conſulendo, informando, orando pro illis, eò magis, quòd annuatim ſtipendia recipit, pro eorũ cuſtodia; pariter ſi crudeliſſimus reputatur paterfamilias, qui domeſticos ſuos videat læthaliter vulneratos, infirmos, nec tamen condoleret; quanto magis omnis ſpirituali pietate careret Epiſcopus, qui tot millia ſubditorum ſuorum, videt impiè conuerſari, incontinenter, auarè, ſuperbè, ſcãdaloſeq. viuere, nec ipſis ex corde compatiatur, aut medeatur, præſertim, cum peccata incomparabiliter plus noceant homini, quàm quæcunque infirmitates, & damna corporalia.

4 Hinc Hieronymus, Daniel, Eſdras, & alij ſancti Prophetæ

peccata

peccata plebis amariſſimè deplanxerunt. Sanctus Ambroſius, S. Vgo, S. Thomas, cum confeſſiones fidelium audiebant, amariſſimè flebant, condolentes. Item ſi Epiſcopus ingnorauerit aliquem ſubditum ab alieno iudice detineri, carcerari, iudicari vehementiſſimè indignatur, & omni poſſibili modo nititur liberare; & ſi equus Epiſcopi caderet, aut læderetur, mox Epiſcopus ſubueniret diligenter, quid ergo reſponſurus erit coram tremendo Iudice animarum Creatore, & Redemptore, ſi eas, ab infernalibus prædonibus captas eruere diligentiſſime, non ſtudeat. Et ex his, & alijs concludit, quòd Epiſcopi debent præ alijs excellenter paſcere eſurientes, potum tribuere ſitientibus, nudos veſtire, viſitare infirmos, liberare captiuos, & quoad opera ſpiritualia debet cum omni diligentia docere ignorantes, conſilium dubitantibus dare, conſolari triſtes, peccantes corripere, ignoſcere offenſoribus, imperfectos, & oneroſos piè portare, & pro vniuerſis etiam inimicis orare, ac totos eſſe cõuerſos in effectum pietatis, & viſceribus miſericordiæ copioſiſſimè affluere, & quod per ſeipſos non poſſunt, faciant per alios. Hæc Dionyſius, quæ tamquam notatu digna inſerere volui.

4 Legitur in vita S. Eligij Epiſcopi, quòd ad ſepulturam corpora defunctorum aſſociabat: Idem ſeruabat S. Ambroſius, quòd licet hodie multi Epiſcopi alijs occupati non paſſim faciant, ſatis eſt ſi per alios deuotè fieri procurent, & orent pro eis.

5 Quidã Epiſcopus iuuenis, ſed ſummæ pietatis leproſo occurrenti, & petenti, vt eius lingua tergeret carunculam de naribus pendentem, magni horroris, & fœtoris, amore Chriſti libenter faciens, dum lamberet, gemma prętioſiſſima lapſa eſt in os eius, & leproſus verſus cœlum eleuatus eſt, vt oſtenderet ſe fuiſſe Chriſtum. Apud Cæſarium, qui refert aliud exemplum de altero Epiſcopo. Ex quibus liquet quàm accepta ſint Chriſto opera miſericordiæ Epiſcoporum, qui eos ad illa tentat. De Iob in lege naturæ dicitur; Oculus fui cœco, & pes claudo, pater eram pauperum, conſolator merentiũ. Cor viduæ cõſolatus ſum, liberabam pauperem vociferãtem,

& pu-

& pupillum, cui non eſſet adiutor, Non comedi buccellam panis ſolus, quin pupillus non comederit ex eo; oſtium meum peregrino patuit. Iob. c. 29. 30. & 31. hæc multo magis ſunt ſeruanda ab Epiſcopo qui eſt verus pater pauperum.

SVMMARIVM.

1 *Cura animarum diœceſis principaliter eſt commiſſa Epiſcopo.*
2 *Epiſcopus per inſtitutionem Parochi, non exoneratur, ſed eius onus alleuiatur.*
3 *Epiſcopus an teneatur adminiſtrare Sacramenta.*
4 *Epiſcopus deberet facere collationem cum Parochis de neceſſitatibus parochiæ.*
5 *Parochi debent ſe exercere in ſtudio Caſuum conſcientiæ.*
6 *Parochus debet in promptu habere reſolutionem aliquorum Caſuum conſcientiæ.*
7 *Parochus tenetur viſitare infirmos.*
8 *Parochus tempore peſtis tenetur reſidere.*
9 *Parochis tempore peſtis ſunt miniſtranda antidota præſeruatiua ab Epiſcopo, vel Communitate.*
10 *Parochi debent adminiſtrare Sacramenta petentibus ex deuotione.*
11 *Parochi grauiter puniendi, ſi aliquis decedat ſine Sacramentis.*
12 *Parochus quoties teneatur celebrare.*
13 *Parochi diſpenſant in feſto, & ieiunio abſente Epiſcopo.*
14 *Nuptiæ ſecundæ quando poſſunt benedici.*
15 *Parochi tenentur inquirere pauperes parochiæ.*
16 *Parochi non abſoluant neſcientes doctrinam Chriſtianam.*
17 *Parochus debet cognoſcere vultum ouium ſuarum.*
18 *Parochus imploret brachium ſæculare contra incorrigibiles.*

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM LXI.

De cura animarum ad Epiſcopum pertinente, & eius vigilantia ſuper Parochos.

VIGILARE debet Epiſcopus circa curam animarum, vt Sacramenta fidelibus diſpenſentur, & alia quæ ad curam pertinent, non negligantur, quod vt diligentius fiat.

1 Primò, memor eſſe debet quòd ipſi Epiſcopo principaliter eſt commiſſa cura animarum omnium plebium ſuæ Diœceſis; c. quæcunque 10. q. 1. c. Præcipimus 12. q. 1. Caetanus ſuper D. Thoma, 2. 2. q. 100. art. 5. dicit: Quòd Epiſcopus habet curam animarum ſimpliciter, Curati vero ſecundum quid, ſeu ſecundariò. Et Petrus de Soto de officio animarum, dicit, quòd Epiſcopus eſt ſicut cauſa prima, Curatus ſicut cauſa ſecunda.

2 Secundò, memor eſſe debet, quòd per inſtitutionem Parochorum, Epiſcopus non exoneratur, ſed eius onus alleuiatur, quia Parochi dantur Epiſcopis in coadiutores, cum ſoli onus populi ferre non poſſint: ſicut ſeptuagintaduo ſenes fuerunt dati Moyſi in adiutorium. Num. 12. S. Thomas quodlibet. 3. art. 17. Cardin. de Turrecrem. & Alexander in d. cap. quæcumq. Vnde ipſe concurrit in cura, cum alijs, & quilibet inuito Parocho, poteſt adire Epiſcopum pro Sacramētis. Omnes in c. omnis, de pœnit. & in c. 2. eodem tit. & quilibet Diœceſanus poteſt recipere Sacramenta in maiori Eccleſia, Gloſ. in c. officium, de offic. Archipresb.

3 Tertiò quæritur poſtquam Epiſcopus eſt Curatus an teneatur miniſtrare ſacramenta, & facere alia pertinentia ad Parochos? Et dicendum eſt, quod non, niſi in aliquo caſu imminente neceſſitate, ſed ſolum ad ipſum ſpectat imperare, & diſponere, qualiter Parochi ſuum exequantur officium, & ideo dicitur ſuperintendens, quia tenetur ſuperintendere. Vnde

Epiſco-

Epiſcopus aſſimilatur architecto, qui alijs imperat: Parochi verò operarijs manualibus, qui conſtruunt ædificium. Et proinde melior eſt Epiſcopus Parocho, ſicut architectus, qui diſponit operarijs manualibus qui exequuntur.

Ex quibus ſequitur, quòd tamquam architectus ædificij ſpiritualis, & ſuperintendens debet vigilare ſuper Parochos, vt ſuum exequantur officium, & principaliter ſuper aliquibus.

4 Primò deberet Epiſcopus procurare vt ſemel in hebdomada, vel ſaltim bis in menſe Parochi facerent collationem cum ipſo de neceſſitatibus occurrentibus in Parochia, concernentibus ſalutem animarum, vt fieri vidi in quadam inſigni Ciuitate. Vnde Bernard. ad Eug. lib. 4. c. 9. ſic loquitur: De pretio eſcarum, & numero panum cum miniſtris, quotidiana diſcuſſio eſt; rara admodum cum Presbyteris celebratur collatio de peccatis: cadit Aſina, nec eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo eſt qui reputet, nec mirum, cum nec noſtros aſſiduè ſentiamus defectus.

5 Secundò vigilare deberet Epiſcopus, vt Parochi ſe exerceant in ſtudio caſuum conſcientiæ, nè per ignorantiam, vel obliuionem animæ patiantur detrimentum: optimum ſeruare eſſet, prout in Vrbe, nàm omnes curati compellũtur ſub pœna pecuniaria bis in hebdomada accedere ad audiendam lectionem caſum conſcientiæ, & ſemel in menſe habetur diſputatio caſuum conſcientiæ, & vnus Curatus per gyrum, tenetur ſuſtinere tres concluſiones, & tres alij deputantur ad argumentandum, & omnes Parochi debent intereſſe ſub pœna, & hoc exercitij cauſa; Confeſſarij delegati qui non accedunt ad lectionem per tres vices, ſuſpenduntur ab audientia confeſſionum.

6 Tertiò, vigilare deberet, vt Parochi in promptu habeant reſolutiones aliquorum caſuum conſcientiæ, qui ſi ignorantur, & ſit opus conſilio, vel reuolutione librorum, periculum erit in mora. Exemplum, ſi aliquis audiat aliquem fuiſſe vulneratum ad mortem, debet ſtatim ad illum ſe conferre, & ſi commodè poteſt, & abſque mora ducere ſacramentum Extremæ vnctionis, quia ſi vulneratus non poterit confiteri ſua peccata, &

ta, & non ſit fama quòd ſit notorius peccator, poterit illum vngere, & ſi eſt attritus virtute Sacramenti efficietur contritus,& liberatur eius anima ab inferno. Nauarr.c.22.num.13. & alij, & poſſet etiam dari Euchariſtia. Medina de Pœnit.lib. 2. cap. 19.

Item, quo modo Parochus debeat ſe habere ad conſtitutos in articulo mortis, qui non poſſunt loqui; vide Tolet. lib. 9. cap. 8.

Item, quòd ſi dum confitetur infirmus, ſuperuenit ei dolor, vel ſyncopa, vt non poſſit alia peccata confiteri, debet ſtatim abſolui,& non expectari, vt ad ſe redeat, & alia peccata confiteatur. Medin. de pœnit. lib.2. cap.19. Toletus d. lib.3. c.8.

Item, quòd amentibus non debet denegari Euchariſtia, quando non ſunt à natiuitate, & ante amentiam habuerunt deuotionem ad ſanctiſſimum Sacramentum, & non adſit periculum vomitus, ſpuitionis, vel alterius irreuerentiæ, etiam ſi prius non petijſſent propter præſumptam petitionem ſi caſum mortis præuidiſſent. S.Thomas in 3.parte,q.80.art.9.

Item, quòd decedentibus ex hac vita conſulant, quòd ſi poſſunt reſtituant quod debent, & non relinquant ab hærede reſtituen. quia ſi ipſi poſſunt rationabiliter, & non faciunt tamquam impœnitentes ducentur ad infernum, ſi debitum non ſit clarum,& credant reſtitutionem melius faciendam per hæredem, vel non poſſint reſtituere, tunc ſatis eſt declarare debitum. Medin. loc. cit. Nauarr. cap.17. num.68. & ſic de ſimilibus.

7 Quartò, vigilare debet Epiſcopus, vt Parochi viſitent infirmos, hortentur ad Sacramenta ſuſcipienda, ad facienda teſtamenta,& alia Chriſtiani opera, animas illorum commendent Deo, c.Præsbyter.diſt.91.c.1. de celebratione miſſarum. Toletus lib.5.c.5.& non debent exire Ciuitatem, niſi prius viſitent omnes Parochianos infirmos, ne moriantur ſine Sacramentis. Abb. d. c.1. & cum exiuerint debent alteri curam relinquere, qui in caſu neceſſitatis Sacramenta adminiſtret, maximè quando moriuntur in nocte. Tobias cum periculo vitæ derelinquebat prandium, vt ſepeliret mortuos. Tob.c.2.

Quintò

8 Quintò, vigilare debet, vt Parochi tempore peſtis, vel alterius infirmitatis contagioſæ reſideant, prout tenentur, vt probat Ripa de peſt. de pericul. nu. 147. Suarez. diſp. 44. de extrema vnctione. ſeſſ. 3.

9 Vbi dicit, quòd ſi Parochus eſt pauper, tenetur Epiſcopus, Reſpublica, ſeu Communitas prouidere illi de antidotis, & remedijs neceſſarijs ad præſeruationem.

10 Sextò, vt Parochi adminiſtrent Sacramenta petentibus non ſolum tempore obligationis, ſed etiam cum volunt ſuſcipere ex deuotione. Nauarr. c. 25. nu. 132. Tolet. d. c. 5.

11 Septimò debet acriter punire Parochos, ſi infirmi moriātur ſine Sacramentis, quia ſunt rei animarum illorum. Gloſ. in c. officium, de officio Archipresbyteri, c. Presbyter, 26. q. 6. & ſic poterit conſiderata culpa, & negligentia ſuſpendere, aut priuare, & etiam ad triremes mittere, hoc enim eſt peccatum grauiſſimum, propter periculum damnationis.

Octauò vigilare debet, vt Parochus celebret ſæpe miſſam pro Parochianis, & illo tempore non recipiat eleemoſynas ab alijs fraudando Parochianos tanto ſacrificio. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 9. q. 3. art. 1. Petrus de Soto de officio animarum. Enriquez de ſacrificio miſſæ, c. 22. num. 6. quamuis Suarez in 3. tom. q. 86. ſect. 1. non affirmet: nam Parochus tenetur adhibere exactiſſimam diligentiam, cum pretium pro cuſtodia animarum recipiat iuxta dicta à nobis ſupra in c. 14.

12 Sed eſt dubium, quoties Parochus teneatur celebrare pro ouibus ſuis? Dominicus Sotus loco citato tenet, quòd ſi habeat redditus ſufficientes ad vitam, tenetur ſingulis diebus celebrare pro Parochianis, quòd ſi non ſufficiunt, duobus, vel tribus in hebdomada arbitrio Epiſcopi, iuxta quantitatem redditũum; idem tenet Azorius in lib. 10. inſtitut. moral cap. 24. Nauarrus verò dicit de iure Parochum non teneri celebrare niſi in feſtis de præcepto, quibus populus tenetur audire miſſam: idem Rodriquez part. 1. c. 250. & magis communis, Tolet. d. c. 5. credit ſufficere celebrare diebus feſtis, & aliquot etiam ex diebus hebdomadæ, ſed non omnibus, ſed præcipuè attendendum eſſe cõſuetudinem, vt etiam conſiderat Nauarr.

Digitized by Google

17 Tenetur Parochus cognoſcere vultum ouium ſuarum, Petrus de Soto latè de officio animarum, ad hoc petinent omnia ſupradicta in c. 51.

18 Contra incorrigibiles debet implorare brachium ſæculare, ſi opus eſt. Hoſtien. in c. omnis, de Pœnit. & alia quæ ad eius officium pertinent, ſedulo faciat. Multa ponit Hoſtien. loco cit. & animaduertere debet Epiſcopus circa prædicta, quia præcipua cura illius verſatur circa vigilantiam Parochorum, qui ſunt eius coadiutores: etenim clarum eſt non poſſe Epiſcopum præſentialiter adeſſe regimini totius diœceſis; vt autem Parochi facilius eorum exequantur officium, procurabit, vt alij Clerici illis reuerentiam exhibeant, & vtile eſt ad hunc finem conſtituere aliquos ex eis Vicaiios foraneos.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo an expediat audire confeſſiones fidelium.*
2 *Communicare fideles proprijs manibus ſæpe deberet Epiſcopus.*
3 *Epiſcopus peccat nō inſtituens idoneos Cōfeſſarios in Cathedralibus, & Collegiatis, & quid facere poſſit, vt tales babeat.*
4 *Confeſſarios exteros mittere per Diœceſim, vtile eſt.*
5 *Confeſſarij debent notificare Parochis infirmos.*
6 *Caſus paucos debet Epiſcopus reſeruare, & aliquando remittere.*

CAPITVLVM LXII.

De vigilantia Epiſcopi circa confeſsiones fidelium.

1 PRIMO quæritur, An expediat Epiſcopo audire confeſſiones fidelium ſine neceſſitate, ex quo adeſt copia confeſſariorum? Etſi vitæ Sanctorum Epiſcoporum percurrantur, illos frequenter cum magna deuotione confeſſiones fidelium audiuiſſe comperitur; ſicut de

Digitized by Google

Beato Ambroſio, & Sancto Vgone Epiſcopo legitur, quòd lachrymas fundebant, dum confeſſiones audiebant: ſic Sanctus Antoninus. S.Ludouicus Epiſcopus,die quadam de ſella equi deſcendit,ad audiendam confeſsionem cuiuſdam pauperis,quamuis alij Sacerdotes præſto eſſent, dicens, ſibi fuiſſe commiſſam curam animarum. Et ita cum magna patientia,& deuotione ſeruabat ſe: record. Papa Clemens VIII.in Eccleſia Sancti Petri tempore Hebdomadæ ſanctæ. Aliqui Epiſcopi, iſtis temporibus, quæ mala ſunt, fuerunt experti, quòd dum paſsim omnium confeſsiones audiunt, multi, qui lites in foro exteriori habent; confitentur peccata in confeſsione, quæ licet Epiſcopi ſciant extra confeſsionem, tamen non poſſunt cũ ea libertate procedere,prout per prius ante confeſsionem; Nã ſimplices ſcandalizantur quaſi Epiſcopus reuelauerit confeſſionem. Facit concluſio DD. quòd confeſſarius qui ſcit aliquid in confeſsione, & extra, ſi eſt timor ſcandali non debet de ea re loqui,neque quatenus ſcit extra confeſsionem. Sanctus Thom. in ſuppl.q.11.art.5. Card.Turrecrem. in c. Sacerdos, de pœnit. diſt.6. Tolet. in inſtruct.lib.3.c.16.& communis: vnde arbitrarer, quòd Epiſcopus poſſet fidelium confeſſiones audire, non omnium paſsim, ſed conſiderata qualitate perſonarum, maximè ſi Epiſcopus non ſe implicet in adminiſtranda iuſtitia. Beatus Carolus Borromeus interdum Pœnitentiæ ſacramentum miniſtrare, ab Epiſcopi officio alienum non putabat, & Epiſcopos qui id feciſſent commendabat,non tamen ipſe perfecit.

2 Vtiliſsimum eſſet ſi Epiſcopus ſæpe communicaret fideles proprijs manibus,ſaltim qualibet prima Dominica menſis,vel in feſtis ſolemnibus; quia, vt experientia docet, faciliter ipſi communicant, ob deuotionem erga Epiſcopum; & ita Epiſcopi ſancti fecerunt,vt de Sancto Eutichio, & Sancto Gregorio Epiſcopo Antiocheno, tradit Cardinalis Baronius tom.7. fol.569.& 633. Beatus Carolus Borromeus, ſæpe populum proprijs manibus communicabat, & vltima Dominica carniſpriuij,per ſex horas continuas ſolum duobus Canonicis adiunctis, toti Populo Mediolanenſi Euchariſtiam præbuit.

Secun-

3 Secundò, peccat mortaliter Epiſcopus qui non eligit idoneos Confeſſarios in Cathedralibus,& Collegiatis, cap. Inter cetera, de officio Ordinarij. Etenim ab ignaris Confeſſarijs, quæuis mala procedunt; non fiunt reſtitutiones bonorum, famæ,oriuntur diſſentiones inter Iudices Eccleſiaſticos, & temporales; nàm Confeſſarij quando Epiſcopi aliquem excommunicauerunt, dicunt eorũ ſententiam nullam non viſo proceſſu; hinc ſcandala,& rumores. Pro habendis idoneis Confeſſarijs, neceſſaria eſt lectio caſuum conſcientiæ, vel collatio ſemel in hebdomada; Lectori poterũt aſsignari redditus vnius præbendæ,vt in c.Quia nonnulli,de Magiſt. vel poterit imponi præbendæ vacanti per ſtatutum onus lectionis caſuum, arg. c. ſignificatum, de præbendis, vbi DD. ſi iſta deficiunt deberet Epiſcopus de ſuis redditibus ſoluere mercedem Lectori, quia adhoc fuerunt ei redditus aſsignati, c.cum ab omni, de vit. & honeſt. Cleric. & ſi non habet, deberet ipſe legere, quia ſic promiſit in conſecratione, decretales Epiſtolas docere. Confeſſarij ſunt inſtruendi, & Parochi, etiam circa actum practicum,quia multi ſunt docti,ſed non ſunt apti ad miniſtrandum Sacramenta. Vtile eſt illos inſtruere circa commendationem animarum decedentium, & earum conſolationem. Optimus ad hunc effectũ eſt liber inſcriptus, Methodus Polanchi adiuuandi eos qui moriuntur; vtiliſsima ſunt quę tradit Medina de pœnit. lib.2.c.18.vt Confeſſarij non derelinquant ſtudium caſuum, laudabile eſt eos approbare ad tempus niſi eſſent valde periti.

4 Si in Diœceſi non ſunt Regulares, nec Confeſſarij exteri, deberet Epiſcopus ſæpiùs mittere aliquos confeſſarios exteros pro confeſsione integra facienda à ſimplicibus, ne aliqua peccata occultent, notis Prçsbyteris,ſicut mandauit fieri Conc.Trid.in monaſterijs Sanctimonialiam, c:10.ſeſſ.25. de Regularibus.

5 Et Confeſſarij qui non ſunt Parochi, quando audiunt confeſsiones infirmorum,debent notificare infirmos Parochis, & ad id compelli ſub pœna.

6 Epiſcopus,non debet multos caſus reſeruare,ſed magis fre-

quentes, & neceſſarios, iuxta l.Nam ad ea, ff. de legibus, Nã de iure pauci caſus reſeruatur, quos ponit Gloſ. in c.2. de pœnit. in ſexto, & illos vidi remitti intra annum, vt fideles frequentent confeſsionem, nempè illis, qui ante medietatem Quadrageſimæ ſua peccata confitentur, vel in feſto Omnium Sanctorum, vt fideles cum maiori deuotione faciant eleemoſynas pro defunctis; & hæc breuiter attigiſſe ſufficiat quoad hoc caput.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus miniſtrans Sacramenta in peccato mortali, peccat mortaliter.*
2 *Epiſcopus conſecrans Eccleſias, calices, virgines, benedicens veſtes in peccato mortali an peccet.*
3 *Epiſcopus excommunicatus conſecrans calices, vel benedicens veſtes, an ſit irregularis.*
4 *Epiſcopus benedicens in aliena Dioeceſi per tranſitum an incurrat poenam.*

CAPITVLVM LXIII.

De Epiſcopo exercente ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis in peccato mortali.

1 CLARVM eſt miniſtros Sacramentorum debere ſaltim eſſe contritos, dum illa admiſtrant, & ſi volunt ſuſcipere Euchariſtiam, confeſſus, S.Thomas in 3.part. q.64. art. 6. & communis: Et ideo Epiſcopus confirmans non contritus peccat mortaliter.

2 Sed eſt dubium de Epiſcopo non conferente Sacramenta, ſed conſecrante Eccleſias, calices, Virgines, conficiente Chriſma, benedicente veſtes, & ſimilia, an peccet ſi non eſt contritus? Medin.c.de pœnit.tract.1.q.6. dicit peccare mortaliter

taliter Epiſcopum qui conficit Chriſma, benedicit oleum, aut conſecrat Eccleſiam in peccato mortali, quia iſtæ actiones videntur graues,& duæ priores videntur quodammodo ſacramentales,quatenus per eas ſacratur materia ſacramenti. Contrariam opinionem, & æquiorem tenet Suarez. Super 3. par. D. Thomæ,q.64.art.10. diſp.16. ſeſſ.3. niſi ratione ſcandali, nam D.Thom.art.6. ſolum de miniſterio Sacramentorum, dicit eſſe peccatum mortale illud exercere in ſtatu peccati, reddens rationem, quia illæ actiones ſunt ſingulari modo conſecratæ,& aliæ actiones, præter Sacramenta non ſunt ad ſanctificationem per gratiã, proximè ordinatæ, neque in eis ſe exhibet Sacerdos, vt miniſter Dei ſanctificantis animam, proinde non eſt tam grauis cauſa, & ratio exigendi internam animi ſantificationem. Idem de alijs,quæ non ſunt Sacramenta, vt corrigere, miniſtrare in miſſa Diaconos, & Subdiaconos, prædicare, tenet Suarez loco citato poſt Caetanum, tom. 2. opuſc. tract.10. Sotus in 4. diſt.1. q.5. art. 6. & diſt. 24. artic. 1.quæſt. 4.

3 Sed hic quæritur, An Epiſcopus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus conſecrans Eccleſias, altaria, benedicens mappas,veſtes,ſit irregularis? Dicendum eſt quod ſic.Nauar. c.27.nu.177. Suarez de cenſ.diſp.12.ſeſſ.2. Idem ſi benedicat ſolemniter cum verſ. Adiutorium noſtrum, &c. vel abſoluat ab excommunicatione,cum precibus,& ſolemnitate, iux. cap. cum aliquis,11.q.3.

4 Secus ſi tranſiens per viam benedicat populum. Ancharanus in c.1. §. Caueant, de ſenten. excommunicationis in ſexto,quem defendit Suarez loco cit. Pariter nullam pœnam, aut culpam cenſeo incurrere Epiſcopum,qui tranſiens per alienam Diœceſim rogatus à perſonis deuotis, illas benedicit ſine ſolemnitate,abſque animo exercendi iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis mala recenſentur.*

2 *Epiſcopus quidam antequam excommunicaret flebat.*
3 *Excommunicatio, non eſt ferenda quando creditur nocitura.*
4 *Abſolui ab excommunicatione, an, & quando debeat inuitus.*
5 *Excommunicatio pro rebus deperditis, quando ferenda.*
6 *Excommunicatio ſemper ferenda in ſubſidium.*
7 *Epiſcopus non debet eſſe promptus ad excommunicandum.*
8 *Epiſcopus non poteſt excommunicare propter iniuriam propriam, niſi iniuria concernat Eccleſiam.*
9 *Epiſcopus excommunicans iniuſtè, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.*
10 *Epiſcopus an teneatur denunciare excommunicatos.*
11 *Fautores, an ſint vitandi, ſi declaratur excommunicatus Petrus cum fautoribus.*

CAPITVLVM LXIV.

De maturitate Epiſcopi, in ferenda excommunicatione.

1 MEMOR eſſe debet Epiſcopus, vt excommunicationis gladio ſobriè cum magna circũſpectione vtatur, quia experientia docet ſi temere, aut ex leuibus cauſis incutiatur, magis contemni, quàm formidari, perniciem potius parere, quàm ſalutem. Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. de reform. Sunt enim incredibilia mala, quæ ſecum trahit excommunicatio, quorum ſatis ſit referre. Quòd excommunicare, nihil aliud eſt, quàm tradere hominem Sathanæ, exemplo Apoſtoli, qui tradidit Sathanæ Corinthium fornicatorem, c. omnis Chriſtianus, c. Audi, 11. q. 3. & licet hodie excommunicati non vexentur à Dæmone; hoc euenit, quia Dæmones nolunt hoc facere, nè homines timeant multum excommunicationem, & ſic ſubtraheretur via lucrãdi animas multorum, per contemptum excommunicationis, vt tradit Turrecrem. in d. c. Audi. Secundò, excommunicatus dicitur poſſideri à Diabolo, qui vtitur eo tamquàm pecore ſuo. Gloſ. in d. c. Audi, citius moritur, c. Epiſcopi, 11. q. 3. Angelus Cu-

ſtos,

ſtos non ita adiuuat illum,ſicut prius. Abbas in Rubr. de ſententia excommunicationis; eſt ſicut infidelis. Vnde D. Matthæus 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus: dicitur homo valde infirmus, & ſolus,cum non habeat remedia Sacramentorum, priuatur communione fidelium, ſuffragijs Eccleſiæ, quæ pro illo non orat, nec viuo, nec mortuo, c. quicumq. 11. q. 3. & iſta ſuffragia ſeruiunt ad gratiam conſeruandam, ad habendam protectionem Dei paternalem,& defenſionem ab hoſtibus,quibus priuatur excommunicatus. Silueſt. in verbo excommunicatio, S.1. & omiſſis alijs effectibus nulla maior pœna eſt in Eccleſia Dei excommunicatione. Et Sanctus Auguſtinus in c. Nihil, 11. q.3. dicit Chriſtianum nihil debere magis formidare, quàm excommunicationem, & ibi Turrecrem. referens eundem Auguſtinum dicit grauius eſſe homini excommunicari,quàm ſi feriretur gladio,ſi à feris deuoraretur, ſi flammis vreretur. Notiſſima ſunt exempla Sancti Antonini, qui volens oſtendere effectum excommunicationis, excommunicauit panem, & ſtatim effectus eſt niger, abſoluit poſtea, & euaſit albus. Sancti Bernardi,qui excommunicauit muſcas, quæ impediebant diuina officia in Eccleſia, & ſtatim ceciderunt omnes mortuæ. Quidam Abbas excommunicauit quandam ſyluam cum lacu, quam occupauerat quidam porens à quo recuperare eam non poteràt, & ſylua non amplius fructus protulit, nec lacus piſces. Quidam miles excommunicatus ſedens in menſa porrigebat panem canibus,& illi nolebant accipere.E domo cuiuſdam excommunicati ſtatim Ciconiæ filios abſtulerunt, & aliò tranſtulerunt,quamuis animalia bruta, & arbores non poſſunt excommunicari,ſed maledici. Vide conſ.Caſſin. primum. Et ego vidi plura memorabilia exempla excommunicatorum, quorum aliqui poſt breue tempus interfecti, alij ſubitanea morte perempti ſunt.

2 Vnde dicit Card. Vgo in Epiſt. 1. ad Corinth. ſuper cap. 5. Epiſcopos debere cum fletu,& compaſſione tollere per excommunicationem flagitioſos de medio Eccleſiæ; referens exemplum cuiuſdam Epiſcopi, qui ſemper flebat,quotieſcumque

excom-

excommunicabat aliquem, & ferè omnes citò corrigebantur per excommunicationem ſuam; & ex prædictis infertur.

3 Primò, quòd Epiſcopus non debet excommunicare, quando credit excommunicationem futuram inutilem, & in vilipendio. Ioan. And. in c. Romana, de ſent. excommunic. in ſexto. Ioan. Andr. & Dominicus in c. 1. eod. tit. & lib. 6. Felinus in c. Apoſtolicæ, de except. Et inuehit Hoſtien. contra quendam Legatum, qui exercitibus armatis, & volentibus iam congredi, præcepit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne congrederentur, nam ſpreto eius mandato perierunt multorum corpora.

4 Et ſi Delegatus videt turbatores ſuæ iuriſdictionis adeo, peruerſos, quòd ſi excommunicarentur, peiora facerent, deberet ſuſpendere, donec mutentur tempora, & Deus, vel Vicarius apponat conſilium. Felin. in loc. cit. qui alios adducit. Quin imo dicit Sāctus Thomas in 4. diſt. 18. q. fin. art. vlt. quòd Epiſcopus poteſt inuitum abſoluere, & debet, ſi videat illius animæ expedire. Quam doctrinam Diui Thomæ intelligit Abbas in c. ab excommunicato, de reſcriptis, quando ſublata excommunicatione erit ſpes, quòd alio remedio emendabitur; ſecus ſi non ſit ſpes, quia tunc non debet abſolui. Felin. latè in d. cap. Apoſtolicæ, qui dicit in dubio, quando neſcitur vtrum obſtinatus in excommunicatione corrigètur, vel non, deberet abſolui, ſed eſſe neceſſarias claras coniecturas.

5 Secundò, Epiſcopus circa monitoria, quæ pro rebus deperditis concedi ſolent, maturè procedat, iuxta Conc. Trid. d. c. 3. ſeſſ. 25. vt non concedat ea niſi pro re graui, ſaltim continente ſummam ducatorum quinquaginta, ſed pro minori poſſunt fieri monitiones tantum, nec quando veritas alio modo haberi poteſt, vt quia teſtes ſunt in cauſa citati, vel monitoria petuntur in facto proprio, in quo non præſumitur ignorantia, niſi quando de iure præſumitur, vt tradit Socin. in fallent. 175. poſt Bart. in l. Non fatetur, ff. de confeſſ. Abb. in d. c. ab excommunicato, nec ſi ſunt infamatoria, aut continent criminalitatem, vt latè tradit Neuiz. in Sylua Nupt. in verbo, monitoriæ, prob. in cap. 2. de conſtitut. in ſexto. Et nos latiſſimè

ſimè diximus in praxi, cap. primo,

6 Tertiò, ex Conc. Trid. d. c. 3. in omni cauſa, vti debet Epiſcopus excommunicatione in ſubſidium, quando exequutio realis, vel perſonalis fieri non poteſt, de quo vide in praxi cap. 77.

7 Quartò, Epiſcopus ex ſupradictis, non ſit facilis ad faciendum plura ſtatuta continentia excommunicationem, & ſemper non ſit promptus ad excommunicationem, vt tradit Turrecrem. in c. ſi quis, 11. q. 3.

8 Quintò, vigilet Epiſcopus, nè excommunicationem in aliquem ferat propter iniuriam propriam, c. inter querelas 23. q. 4. quod intelligitur, quando iniuria concernit ſolum Epiſcopum, ſecus ſi redundat in dedecus Eccleſiæ, vel ſi excommunicet pro defenſione ſua, quia licet vim vi repellere, c. Dilecto, de ſententia excommunicat. in ſexto, vt declarat Turrecrem. in d. c. inter querelas, & vim vi repellendo pro defenſione ſua, vel iurium Eccleſiæ poteſt excommunicare nullo iuris ordine ſeruato. Innoc. in c. Venerabili, de cenſib.

9 Item animaduertendum, quòd Epiſcopus excommunicans iniuſtè ſine ſcriptis, aut monitione, aut alias iniuſtè ex ignorantia craſſa, vel ſupina, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, cum grauiter lædat proximum. Turrecrem. in c. Illud, 11. q. 3. Nauarr. c. 27. nu. 8. c. Sacro, de ſententia excommunicationis.

10 Notandum præterea, quòd Epiſcopus tenetur denuntiare excommunicatos, vt reſipiſcant, & conuertantur aſpicientes confuſionem ſuam, dum ab alijs vitantur, & non poteſt diſſimulare, cap. Curæ, 11. q. 3. Abbas, & DD. in cap. Paſtoralis, §. Verum, de appellation. & denunciation.

11 Debet fieri nominatim, vnde ſi excommunicatus declaratur Petrus cum fautoribus, fautores non ſunt vitandi, niſi eſſent notorij. Innoc. in c. in Lateranenſi, de præbend.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet vigilare, vt excommunicatio non contemnatur, & remedia plura, ne excommunicatio contemnatur.*
2 *Excommunicatio contemnitur, quando fertur pro qualibet re leui.*
3 *Excommunicati publicè abſoluendi, quando peccatum eſt publicum.*
4 *Sermo de cenſuris habendus ad populum, quando excommunicati abſoluuntur.*
5 *Excommunicatus ante annum poteſt temporaliter puniri.*
6 *Statutum Epiſcopi valet, quod excommunicatus, quolibet menſe ſoluat certam pecuniæ quantitatem.*
7 *Participantes cum excommunicatis, quando ſint nominatim monendi.*
8 *Excommunicatus per longum tempus ſi moriatur cum pœnitentia an poſſit in pœnam ſepeliri extra ſacrum.*
9 *Declaratio excommunicationis, ſuſpendi non debet ſine graui cauſa.*

CAPITVLVM. LXV.

De ſollicitudine Epiſcopi circa excommunicationem, vt poſtquam fieri lata non contemnatur.

MEMOR eſſe Epiſcopus, vt ſicut debet eſſe diſcretus in ferenda excommunicatione, ſic debet eſſe ſollicitus, vt poſtquam eam tulerit obſeruari faciat; dicitur enim excommunicatio mucro Epiſcopi, cap. Viſis 16. q. 2. qui ſi contemnatur, nullum fructum faciet, & ſi timeatur, magnam vtilitatem affert; nam eſt medicina delinquentium, c. Cum medicinalis, de ſent. excomm. in ſexto. Remedia vero vt non contemnatur, aliqua afferri poſſunt.

Primum,

Digitized by Google

2 Primum, vt Epiſcopus rarò procedat ad excommunicationem, & cum magna maturitate, & graui cauſa, & nō pro qualibet re leui excommunicet, quia contemnetur, vt dicit Sac. Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. de reform. & diximus in præcedenti c. & experimento compertum eſt.

3 Secundum, ſi peccatum fuit publicum, & ſcandaloſum, abſolutio ab excōmunicatione, debet eſſe publica, iuxta Conc. c. 8. ſeſſ. 24. de refor. Gloſ. in c. Si quis autem 18. diſt. Singulare eſt exemplum S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, qui vt ſupra diximus declarauit excōmunicatos octo Iudices Florentinos, ex quo remiſerant ad eum duos Sacerdotes in crimine deprehenſos, nocte à ſallitibus captos cum ignominia clangentibus turbis, & poſtea illos abſoluit publicè ante fores Eccleſiæ cum zona in collo, quæ res vix dici poteſt quantum omni ordini terrorem, præ ſui magnitudine incuſſerit, & dicti Iudices habuerunt recurſum ad Papam qui remiſit eidē Archiepiſcopo negotium, & ſic illos prædicto modo abſoluit. Ambroſius Theodoſio Imperatori propter publicum peccatum pœnitentiam publicam indixit.

4 Beatus Carolus Borromeus Iudices quos excommunicauerat ob violata iura Eccleſiæ, publice ante fores templi abſoluit, ſermonem habens ad populum de Canonicis pœnis, quē ſermonem eo tempore adhibere vtiliſſimum eſt.

Tertium remedium, excommunicatus poſt annum poteſt citari ad reſpondendum de fide, quomodo ſentiat de cenſuris Eccleſiæ. Conc. Trid. c. 3.

5 Quartum remedium, excommunicatus ante annum poteſt temporaliter puniri, propter contemptum excōmunicationis. Ioann. de Anania. Felin. in c. Poſtulaſti, de homicidio. Abb. in c. grauem, de pœnit.

6 Vnde valet ſtatutū Epiſcopi, quòd perſeuerans in excōmunicatione quolibet menſe ſoluat certam pecuniæ quātitatem. Hoſtien. & Communis, in c. ad aures, de ſimonia, Felin. in c. irrefragabili, §. Ceterum, de officio Ordinarij.

Quintum remedium, poteſt Epiſcopus præcipere officialibus locorum, vt expellant excommunicatos. Franciſcus, Mar-

cus,deciſ.60. Couarr. in c. Alma mater, de ſent. excomunicat.in ſexto, in prima parte relectionis §. 5. num. 5. & poterit precipere Iudicibus, nè excommunicatum recipiant c.Decernimus eodem tit. in ſexto.

Sextum remedium,quãdo excõmunicatio eſt lata pro graui cauſa, poteſt ſæpius aggrauari ſingulis diebus Dominicis, & feſtis pulſatis campanis,vt in Clem. 1. §.& quia,de pœnis, & Extrauag. vnica. de furto expedit etiam reipublicæ excomunicatos denuntiari, Ancharan.in d. §.& quia.

7 Septimum remedium,poteſt Epiſcopus excommunicare participantes cum excõmunicatis præcedente prius monitione nominatim facta c. ſtatuimus el primo & el 2.& c.Cõſtitutionem,de ſent. excomunicat. in 6. quod intelligitur quando quis fuit excommunicatus ab eodem Epiſcopo, qui vult excomuuicare participantes, ſecus ſi ab alio Epiſcopo, vel fuit declaratus excomunicatus à Iure, quia tunc ſufficit generaliter monere participantes, Ita Ioannes Andreas.Dom.& Franciſcus in d. c. ſtatuimus el primo, Abb. & Franc. in c. Peruenit,de appellat.

8 Octauum remedium, ſi aliquis inobediens perſeuerauerit per longum tempus in excomunicatione, & poſtea moriatur contritus, poterit in pœnam non obſtante pœnitentia, & abſolutione ſepeliri extra ſacrum, exemplo diui Gregorij, qui Monachum proprietarium, licèt pœnitentem mandauit ad aliorum terrorem ſepeliri extra Eccleſiam, vt in c. cum ad monaſterium de ſtat.Monachorum, Idem de moriente in torneamentis habetur in c. 1.de torneam. Idem in c. 2. de raptorib. Idem tradit gloſ.in c. fin. diſt. 77.

Præterea licet declaratio excomunicationis ſuſpendi poſſit ad tempus,& non excommunicatio. Imol. Franch. in c.Dilectis de appell.id ex leui cauſa fieri non debet, quia contemneretur excommunicatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conſeruet pacem cum Domino temporali, & quid facere debet.*
2 *Epiſcopus non litiget cum Præfecto.*
3 *Clerici perturbantes rempublicam grauiter puniendi.*
4 *Remiſſio Clericorum, non paſſim petenda ab Epiſcopo.*
5 *Clericus an poſſit compelli, vt aſcendat ad ſuperiores ordines.*
6 *Clerici qui non gaudent priuilegio fori, non debent gaudere priuilegio immunitatis.*
7 *Epiſcopus qui ordinat Clericos cum cautione, de non ſoluendo collectas, an bene faciet.*
8 *Pretium legitimum victualibus Clericorum, Epiſcopus taxari faciat.*
9 *Clerici non ſint procuratores Vniuerſitatis, contra Baronem, niſi Vniuerſitas non habeat defenſorem.*
10 *Epiſcopus non introducat nouas exactiones.*
11 *Præſcriptio decem annorum requiritur ad inducendam conſuetudinem recipiendi aliquid pro collatione ſpiritualium.*
12 *Epiſcopus non debet permittere in Eccleſiis morari delinquentes.*
13 *Mitius agitur cum Principe, quàm cum alijs.*
14 *Epiſcopus quid facere debet, quando oritur controuerſia inter ipſum, & Principem.*
15 *Epiſcoporum perſequutores, & detractores maledicuntur à Deo, ſunt infames, dicuntur perſequi, & crucifigere Chriſtum.*
16 *Defunctis Epiſcopis, detrahentes ſunt puniendi.*

CAPI-

CAPITVLVM. LXVI.

De pace conſeruanda inter Epiſcopum, & Dominum temporalem.

1 OMNI ſtudio elaborandum eſt Epiſcopo, vt pacem,& amicitiam conſeruet cum Domino temporali, nam gladij temporalis, & ſpiritualis conſueuerunt ſe ad inuicem adiuuare, c. Dilecto,de ſent.excomm.in ſexto,& quod non facit ſacerdotalis poteſtas, aliquando facit regalis,c.Principes,23.q.5. Frequenter eueniet,quòd Epiſcopus indigebit auxilio bracchij ſæcularis, & quamuis poſſet cenſuris compellere Principem ad illud præſtandum, iuxta Innoc.& Communem in c.1.de officio Ordinarij,vtilius eſt, vt inter eum conſeruetur pax; nam bracchium præſtabitur ſine compulſione, & multorum malorum occaſio tolletur. S.Nicolaus Epiſcopus Myrenſis cum Magiſtratibus, & Iudicibus amicitiam conſeruabat, qui cum haberet notitiam alicuius peccati publici, ſtatim remediū adhibebat. S.Ambroſius quãuis in arguendis magiſtratibus pro rerum, ac temporum ratione, magnam animi conſtantiam, & dicendi libertatem oſtenderit, tamen cum alio potius remedio opus eſſe intelligeret, animos illorum demulcere, blandiri, conuiuio denique eoſdem excipere conſueuit. Beatus Carolus Principibus Laicis libellos optimos donare ſolebat ad eorum documentum accommodatos eoſdem ad veſpertinam domus ſuæ precationem ſpiritualem ſcholam inuitabat. Quibus ſermonem iuxta vniuſcuiuſque vitam faciebat, ad menſam etiam excipiebat. Pro dicta pace conſeruanda, aliqua adnotanda cenſui.

2 Primò,quòd Epiſcopus non litiget cum Præfecto, ſed quàm citius litem dirimat per electionem virorum proborum; vt oſtendit Gregorius, qui ad id monuit Ioannem Epiſcopum Calaritanum,tradit Cardinalis Baronius,tom.8.fol.138.

Secun-

Digitized by Google

3 Secundò,quòd Epiſcopus puniat ſeuerè Clericos perturbãtes rempublicam, & Laicos infeſtantes, quem admodum ei præcipitur in Clem. vnic. de offic. Ordinar. & abſtineat à frequentibus compoſitionibus, præterquàm in delictis leuibus, & ſine ſcandalo, vt latius dicemus infra.

4 Tertiò,non petat remiſſionem Clericorum detentorum à iudice Laico,niſi ſibi prius conſtet habere requiſita, vt poſſint gaudere priuilegio fori, iuxta c. 6. ſeſſ. 23. de reformat. De quibus requiſitis informet ſe ex officio,& non examinet teſtes à parte productos qui ſolent eſſe falſi, credentes ſacrificium offerre Deo in liberando latronem vel homicidam à morte:nã quando impius occiditur, Chriſtus dilatatur, quia abominatio aboletur, c. Nec his qui. 15. q. 1. Et quando ei remittuntur Clerici, quos cognoſcit ſub prætexu Clericatus deſiquiſſe. acriter puniat, vt debet, ex diſt. Clement. Vnic.

5 Quartò,quia plures Clerici ordinantur non ad alium finem quàm vt ſint exempti à gabellis, & Dominus temporalis conqueritur, quòd non ſunt digni Clericatu,quia ignari, & malæ vitæ, vigilet Epiſcopus ne ordinet, niſi habentes qualitates à Sacro Concilio Tridentino requiſitas, & illos tantum, de quibus probabilis coniectura ſit, eos non ſęcularis iudicijs fugiendi gratia, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe,c. 4. ſeſſ.23. de reformat.Nec poterit Baro con queri, quod fere omnes ciues fiant Clerici; quia ſi ſunt digni non poſſunt impediri,etiam ſi non habeant animum aſcendẽdi ad alios ordines ſuperiores,vt firmat Nauarr. c. 25. n. 104. tantum Beneficiati in Eccleſia poſſunt compelli,vt ad ſuperiores ordines aſcendant propter Eccleſiæ vtilitatem,vel priuentur beneficio, c. Quæris de ætat. & qualit.

6 Quintò,ritè ordinati minoribus ſi non habeant beneficia nec ſeruiunt in diuinis, quo caſu non gaudent priuilegio fori, iux. c.6. ſeſſ. 23. Conc. Trid. Epiſcopus nec faciat eos gaudere immunitate collectarũ, nam facilius amittitur priuilegium immunitatis priuilegio fori c. Vnico,de Clericis coniugatis in 6. probat Antonius de Nigris ſuper c. Regni q. 8. n. 3 & ſic poterit mandare,quod pro illo menſe vel anno, quo ſeruietũt

gaudeant immunitate, & non vltra.

7 Aliqui dicunt quòd ſi Epiſcopus ad euitandam fraudem eorum, qui fiunt Clerici, vt ſint immunes à collectis, ordinaret eos præſtita cautione de reſtituendo collectas, ſi non aſcenderint ad ſuperiores ordines, vel cum cautione de ſoluendo collectas, benefaceret, & alij, qui id procurarent, eſſent excõmunicati in bulla Cenæ Domini; cum Clericus non teneatur aſcendere ad ſuperiores ordines, vt ſupra diximus, & ſatis eſt quòd Clericus ſeruiat in diuinis, vel habeat beneficium.

8 Sextò, aliqui Clerici volunt vendere vinum, quod colligũt in poſſeſſionibus ſuis, non ſecundum legitimum pretium impoſitũ à republica: aliqui dicunt, quod licet Clerici non ligentur conſtitutione Principis, quo ad pœnam, tamen quando eſt generalis fauorabilis, & non contraria Canonibus, peccare ſi contraueniant non ex vi, poteſtatis temporalis, ſed à lege æterna, quatenus tenentur ſeruare illam ſi eſt iuſta ſecundum Prouerb. Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. S. Thomas 1.2.q. 96. Dec. Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. melius eſt vt Epiſcopus taxari faciat iuſtum pretium ab expertis.

9 Septimò, quando Baro litigat cum Vniuerſitate, non permittat Clericos eſſe procuratores Vniuerſitatis, propter odiũ quod concipiet contra Epiſcopum, & omnem Clerum, dũmodo Vniuerſitas habeat qui cauſam eius defendat; quòd ſi non habet, quia Laici timent potentiam Baronis, qui eſt tyrannus, & ſolet illos male tractare, tunc non ſolum permittat ſed mandet Clericis, vt defendant Vniuerſitatem, quia defendunt miſerabiles perſonas iuxta cap. 1. de poſtul. quorũ protector eſt Epiſcopus, & ſi non protegit, peccat, 84 diſt. in ſum. vbi Turrecremat.

10 Octauò, non introducat Epiſcopus nouas exactiones à Laicis prout tenetur, c. Cauendum 10.q.3.

11 Sed tantùm debet eſſe contentus his quæ ſibi debentur de iure, vel ex laudabili conſuetudine cap. ad Apoſtolicam de Simonia, legitime præſcripta, per decem annos, Abb. in c. ſuam, eodem titulo, alias grauiter peccat, Medin. de pœ-

nitentia

nitentia libro 1. cap. 16. S. primo.

12 Nonò, non permittat in Eccleſijs morari delinquentes, niſi dū Curia ſæcularis illos actu perſequitur, & non poſſunt exire ſinè periculo, quia familia eſt circa Eccleſiam, ne domus orationis fiat ſpelunca latronum. c. Cum Eccleſia de Immunitate Eccleſiæ, & ſic remouebitur occaſio alicuius ſcandali.

13 Decimò, ſit prudens, vt quando orta fuerit aliqua controuerſia inter ipſum, & dominum temporalem non ſtatim deueniat ad excommunicationem illius, aut eius officialium, ſed prius moneat Principem, det tempus ad conſulendum, mittat ſapientes, qui notificent Principi Iura optima, quibus mouetur Eccleſia, tex. eſt notab. in c. de rebus 12. q. 2. quo textu ſumitur à DD. concluſio, quòd mitius ſit agendum cum Principe, quàm cum alijs. Bertacch. de Epiſcopo prima par. 41. lib. q. 14. Turrecrem. in c. Si autem, 11. q. 1.

14 Sit tamen prudens Epiſcopus, vt quando oriuntur iſtæ controuerſiæ ſtatim mandet capi informationē, & illam conſeruet ad omnem bonum finem, & effectum, & ſe abſtineat ab alijs, quæ iuxta locorum, & perſonarum qualitatem iudicauerit neceſſaria pro conſeruanda pace.

E conuerſò vero ſciant Domini tēporales Epiſcopos longe præcellere eos dignitate, etiam Reges, & Imperatores, d. c. Duo ſunt. & omnes Principes Terrę debent Epiſcopo obedire, vt Beatus Petrus præcipiebat, c. omnes de maior. & obed. & miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur ſi velint Epiſcopos ſubiugare qui Regium, & Principum ſunt magiſtri, & paſtores, cap. quis dubitet, diſt. 96. qua de re meminerint Epiſcopis, tanquam Chriſti, & Apoſtolorum vices gerentibus ſummum honorem, & reuerentiam exhibere, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Eccleſiaſticas perſonas prout tenentur non offendant ſed defendant: Eccleſiam enim à Chriſto tuendam ſuſcipiunr & de tuitione ſunt reddituri rationem d. c. Principes ſæculi, 23. q. 5. & Epiſcopi taliter ſe defendere ſunt obligati, vt teneantur ponere propriam vitam pro ouibus ſuis, Iuxta Euangelium.

15 Cauere etiam debent Domini temporales & omnes, nè Epi

ſcopos perſequantur, memores quòd Christum perſequuntur cuius legatione funguntur, cap. Omnis, 7. quæſt. 1. Quinimmo dicuntur Christum crucifigere, cap. Nulli, eodem cap. & quæſtione.

16 Et ſi ſolum Epiſcopis detrahant ſunt infames, cap. hi, 3. quæſt. 4. & cap. Sacerdotes, 6. quæſt. 1. & ſententia Cham. Damnantur, cap. ſententia, 2. quæſt. 7. & peius malum non eſt, quàm Chriſtianos inuidere ſuis Sacerdotibus, à quibus benedictionem accipiunt, cap. ſunt, §. verum, in fin. 6. quæſt. 1. Et in Concilio Emeritenſ. Subditus detrahens, Epiſcopo defuncto, punitur: dignum eſt enim, vt cui in vita honor fuit impenſus, poſt mortem detractionis ſtimulus ſubtrahatur. Cardinalis Baronius, tom. 8. fol. 497. & qui contemnunt Epiſcopum dicuntur Chriſtum contemnere, iuxta Euang. Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui vos audit, me audit. & lib. 1. Reg. dixit Deus Samueli: Non enim te abiecerunt, ſed me, nè regnem ſuper eos. Rex quem dabo eis, opprimet eos. Sic contingere ſolet ijs, qui contempto Epiſcopo adhærent Principibus: nam permittit Deus, vt ſæpè ab eis male tractentur. primo Reg. cap. 8. Et quadraginta pueri quia illudebant Eliſeo, fuerunt occiſi ab Vrſis, 4. Reg. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet intercedere apud Principem, ne opprimat pauperes.*

2 *Lupi, qui deuorant oues Chriſti, dicuntur haretici, & Domini temporales, qui opprimunt pauperes.*

3 *Sancti multi reſtiterunt Principibus, & apud illos interceſſerunt pro innocentibus, & ne oneribus inſolitis grauarentur.*

4 *Epiſcopus poteſt excommmunicare Dominum temporalem, nolentem deſiſtere ab oppreſſione pauperum.*

5 *Epiſcopus an licitè poſſit ſupplicare Principi, pro iuſtè damnatis ad mortem.*

Sancti

6 *Sancti multi ſupplicauerunt pro damnatis ad mortem.*
7 *Epiſcopus tenetur liberare innocentem, qui ducitur ad ſupplicium omni modo, & via, rogando, &c.*

CAPITVLVM LXVII.

De officio Epiſcopi apud Principem, ne pauperes opprimantur.

1 CVM Epiſcopus ſit pater, & protector pauperum, tenetur pro ouibus laborare, nè à Dominis temporalibus Tyrannis vexentur; ad quod inducere debent Epiſcopum.

Primò, text. in cap. Adminiſtratores 23. q. 5. vbi id expreſſè præcipitur Epiſcopis.

Secundò dicit Alphon. de Caſt. de Iuſt. hæret. punit. lib. 3. c. 4. poſt S. Thom. 22. q. 41. art. 2. Quòd cum Epiſcopus ſit paſtor, tenetur cuſtodire oues à lupis, qui ſæpè illas inuadunt, & niſi eſſet paſtor, qui eos deterreret, & coerceret, omnes oues occiderent, neque vnam relinquerent ſaluam.

2 Iſti lupi ſunt hæretici, & ſunt etiam Tyranni, qui ſubditos ſuos iniuſtè vexant; Illis importabilia onera imponunt, immoderata exigunt tributa, aut quaſcumque iniuſtas inferunt moleſtias, quibus etſi fuerint Reges, vel Principes, tenetur Epiſcopus reſiſtere, eorum audaciam reprimere, arguendo, obſecrando, increpando, in omni patientia, & doctrina, vt dicit Paulus: hæc Alphonſus. Facit quod ex paupertate oritur occaſio furandi, peierandi, & committendi alia peccata, quibus tenetur obuiare Epiſcopus.

3 Tertiò exempla Sanctorum. Sanctus Chryſoſtomus interceſſit apud Eudoxiam Imperatricem, vt poſſeſſionem cuiuſdã viduæ reſtitueret, quàm iniuſtè occupauerat, quæ cum noluiſſet parere, prohibuit ei ingreſſum Eccleſiæ, & cum ob hanc cauſam fuiſſet miſſus in exilium, terræmotus magni, poſt breue tempus fuerunt Conſtantinopoli, & magna pars Palatij

Digitized by Google

corruiſſet, quæ verita iram Dei, procurauit, vt ab exilio reuocaretur. in quo oſtenditur fortitudo Sancti, & auxilium Dei contra iniquos. S. Ambroſius, & alij Epiſcopi Italiæ, durè redarguerunt Theodoſium Imperatorem de crudelitate occiſorum innocentium in Theſſalonica, qui pœnitentiam egit, vt habetur in c. apud Theſſalonicam, 11. q. 3.

Sanctus Vgo Epiſcopus Lincolmenſis, vt refert Surius, ſic Regem repræhendit: Parrochiæ noſtræ es, & tremendo Iudici pro te rationem reddituri ſumus, quomodo quotidie pauperes opprimis, innocentes affligis, vexationes graues imponere non permittas. Quæ Rex leto animo accepit, & abeunte Epiſcopo conuertens ſe ad ſuos: Si omnes, inquit, Epiſcopi tales eſſent, nihil aduerſum eos poſſent, ſiue Reges, ſiue Principes, dictus eſt propterea vir Sanctus, Regum malleus, quòd perpetuo de ipſis triumpharet.

Sanctus Auſtregiſilus Archiepiſcopus, vt refert idem Surius, non fuit paſſus, vt quidam Garnerius miſſus à Rege intraret ciuitatem exacturus à ciuibus inſolita munera, cui tamquam murum ſe oppoſuit, dicens: Vnde venis homo improbe, non permittat Deus, vt in hanc intres vrbem, & ciuium cenſum agas.

Sanctus Sulpitius Archiepiſcopus Bituricenſis, pariter apud Principem interceſſit, ne ſubditos exactionibus grauaret.

Sanctus Nicolaus Myrenſis Epiſcopus. S. Baſilius, S. Sinneſius, & multi alij Epiſcopi reſtiterunt Principibus pro inſontibus. Card. Baronius tom. 8. fol. 69.

4 Sed quæritur, ſi Dominus temporalis ſit tyrannus, & nolit acquieſcere monitionibus Epiſcopi, quid faciet Epiſcopus? Text. in d. c. Adminiſtratores, dicit, quòd poterit illum tradere Sathanæ per excommunicationem.

5 Item quæritur, an Epiſcopus licitè poſſit ſupplicare Principi pro iuſtè condemnatis ad mortem? Et dicendum eſt, quod piè facit, ſi pro carceratis etiam iuſtè detentis, intercedat apud Iudicem ſæcularem, ipſumq. ad pietatem moneat, ſed non debet eſſe importunus, textus eſt not. in c. hi, qui, 14. q. 6. ex D. Greg. & ibi gloſ.

Et San-

6 Et Sancti fuerunt ſoliti ſupplicare pro damnatis ad mortem, vt Sanctus Ambroſius, Sanctus Flauianus Epiſcopus Antiochenus, S. Gregorius Nanzianzenus, S. Martinus, S. Hieronymus, S. Auguſtinus, Cardinalis Baronius tom. 8. fol. 69. Sanctus Auguſtinus ſemper quando intercedebat pro aliquo, pro obtinenda aliqua gratia non erat moleſtus, & oneroſus, ſed tales erant prçces, vt non videretur vim inferre. Et dum ſemel apud Africæ Vicarium pro quodam ſupplici interceſſiſſet, ille Vicarius conſiderata Auguſtini modeſtia, & verecundia potius in admonendo, & rogando Iudicē, non in inſtando effectum deſiderij tribuit, & per litteras ſignificauit Auguſtino, quod eius modeſtiæ niſi paruiſſet, peccatum committere arbitratus eſſet apud Surium in eius vita. Beatus Carolus Boromeus, damnatis à Principibus, repetitis officijs, vitam impetrauit.

7 Tertiò quæritur, pone quòd aliquis innocens ordine Principis tyranni ducatur ad ſupplicium, & hoc notoriè conſtet Eccleſiæ, quid debet facere Epiſcopus? Reſpondetur, quòd tenetur illum defendere, rogando, excōmunicando, vel quocumque alio modo, ſcriptum eſt enim: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, 23. q. 3. Non inferenda ita ſingulariter. Gloſ. in d. c. hi qui, & ita ſeruauit S. Nicolaus Epiſcopus qui proprijs manibus diſſoluit tres innocentes ductos ad ſupplicium, & liberos dimiſit, ac enſem de manu ſpiculatoris extorſit. Sanctus Amaſius Epiſcopus Aurelian. interceſſit apud Præfectum, vt quoſdam vinculis compeditos relaxaret, quod dum facere renuiſſet, lapis de turris cecidit in caput Præfecti, qui penè exanimis pœnitens illos dimiſit.

SVMMARIVM.

1 *Monitiones plures facienda ab Epiſcopo Principibus.*
2. *Eleemoſyna Principum ſunt fideiuſſiones apud Deum pro ſoluendis debitis peccatorum.*
3 *Venatio, vel piſcatio, quando poſſit vaſſallis probiberi.*

O 4 *Vaſſal-*

4 *Vaſſalli, quando poſſunt prohiberi, vt non molant triticum, niſi in molendino Domini, vel coquant panem in eius furno.*

5 *Baro debet amare ſuos ſubditos vt fratres, & exiſtimari tamquam vnus ex illis.*

CAPITVLVM LXVIII.

De quibus ſpecialiter, Epiſcopus deberet monere Dominum temporalem, pro pauperum protectione.

OPERAE pretium eſſe dixi inſerere quædam ſpecialia, de quibus Epiſcopus deberet admonere, ſi opus fuerit, Dominum temporalem, concernentia pauperum protectionem.

1 Primò, quòd iuxta S. Thomam in opuſc. de reg. Principum, lib. 2. c. 15. Princeps debet habere particularem curam pauperum, eis eleemoſynas diſtribuendo, mandando, vt de ærario publico illis ſubueniatur, quòd Hoſpitalia, & pia Loca erigantur.

2 Quòd eleemoſynæ, quas faciunt Principes ſunt quaſi fideiuſſiones pro ipſis ad ſoluendum debita peccatorum, & lib. 1. c. 11. dicit, quòd veri Reges abundant diuitijs, fama, & honore, Tyranni vero omnibus his carent, & in multa mala incidunt, & lib. 2. c. 16. dicit Dominium eorum, qui intendunt ad cultum diuinum, durare; tyramnorum vero, citò perire, & in c. Regum officium, 23. q. 5. dicitur, Regum officium eſt proprium, liberare de manu calumniantium, oppreſſos, peregrinos, pupillos, viduas, & Eccleſiaſticas perſonas defendere. Ad hoc caput plura reduci poſſunt tangentia pauperes, quæ Dominus temporalis obſeruare debet.

Primò, quòd prouideat, nè bona Vniuerſitatis, quæ ſunt bona pauperum, dilapidentur.

Secundo, debet prouidere Reipublicæ de neceſſarijs ad victum, & alijs, curando, vt aliunde exportentur ad ciuitatem, ſi opus

ſi opus fuerit, & victualia quæ ſunt in ciuitate non exportentur aliò ſi ciues indigent.

Tertiò, quòd extirpentur homines inutiles, & vitioſi, luſores, qui vt plurimum ſunt fures, aſſaſſini, lenones, violatores virginum, & oppreſſores pauperum.

Quartò, quòd deſtruantur monopolia, contractus vſurarij, & illiciti, in ruinam pauperum, & diuitum.

Quintò, quòd in ciuitate introducantur aliquæ artes vtiles pauperibus, nempè ſerici, vel lanæ, ex quibus viuunt magna pars pauperum.

Sextò, quòd omnibus iuſtitiam faciat, ſine qua non poteſt regi reſpublica. Auguſtinus in c. ſana, 24. q. 1. nec regnare pax, & Princeps tenetur ad reſtitutionem omnium dãnorum, ſi per defectum iuſtitiæ creſcunt latrones, & fiant alia damna. S. Thom. 22. q. 62. art. 7. ad quintum, & cauſas viduarum, & miſerabilium perſonarum, quamprimum expediri faciat, & pauperes gratis, & vigilet ex officio, ne miſerabiles perſonæ opprimantur ab omnibus, maximè à Notarijs, Camerlinghis, & alijs officialibus, ac omnibus perſonis. Corduba q. 117. ponit 32. nequitias Notariorum, quæ ſunt nociuæ reipublicæ.

Septimò, quòd conſtituat bonos officiales, ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit charitas, & oderint auaritiam, & ſuper eos vigilet, & ideo Princeps non debet vendere officia, vt conſuluit S. Thomas in opuſc. 21. ad Duciſſam Brabantiæ, Authent. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. quòd diffuſius declarauimus ſupra in c. 35.

3 Octauò non debet Dominus temporalis prohibere vaſſallis venationem, vel piſcationem, ex quibus magna pars pauperum viuunt: proinde ſciendum, quòd Princeps ſupremus poteſt ſibi recreationis cauſa reſeruare aliquem locum pro venatione, & piſcatione. Inferiores verò non poſſunt, niſi ex conſuetudine immemorabili, quæ non habuerit ortum à tyrannide, ſed ad tempus poſſent ex cauſa prohibere, nempè tempore, quo animalia generant, vel tempore frugum, ne conculcentur, aut cum inſtrumentis aptis ad deſtructionem piſcium, vel ferarum, & contrauenientibus non debet inferri, notabilis

pœna,

pœna, ſed ſufficit ſi amittant prædam, vel inſtrumentum. Caet.in ſum. in verbo,venatio,Couar. in reg.peccatum 2.parte §. 8. Nauarr.c. 17. num.121. Sotus lib. 4. de Iuſt. & iure q.6. art. 5. Molin.de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 46. qui dicit, quòd ſi fama eſſet, hanc conſuetudinem habuiſſe ortum à Tyrannide, ac iniuſto titulo cæpiſſe, conquerentibus populi, & minime ob timorem audentibus ſe opponere, aut reclamare, non valeret, & ſi grauis pœna exigeretur mortis, vel mutilationis, aut flagellorum, eſſet peccatum mortale, quamuis ad terrorem poſſet imponi, & non exigi, niſi fortè aliquis punitus, ſæpe leuioribus pœnis, & ad monitus, nollet deſiſtere, tunc flagellis cædi poſſet ſi eius conditio patitur.

4 Nonò, non debet prohibere vaſſallis, vt non poſſint molere, aut coquere panem niſi in furno, vel molendino ſuo præter quàm ſi Baro habeat ius prohibendi, ad quod non ſufficit, quòd vaſſalli per tempus immemorabile fuerint ſoliti accedere ad furnum, vel molendinum domini, quia quæ ſunt facultatis non præſcribũtur ſed requiritur immemorabilis præſcriptio poſt prohibitionem. Ripa, & communis in l. Quo minus de fluminibus, nec per indirectum id Dominus facere poteſt, nempè ſi faciat edictum, quòd fornarij ſui teneantur gratis coquere panem ſubditis. Theſau. Pedem.deciſ.16.

5 Non debet Dominus temporalis ſuperbire, & ſubditos grauare in honore, & libertate, ſed debet eos tãquam fratres amare, Nã Deus dixit per Moyſen, Deut.17. Nè eleuetur cor regis in ſuperbiã ſuper fratres ſuos.i. ſubditos. & in Eccl.32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex illis. Vnde debet eos benigne audire, non inferendo iniurias, ſi mittit eos pro aliquo ſeruitio, debet ei ſoluere iuſtum ſalarium, vt ſaltim poſſint viuere: non obſtante qualibet lege, quòd vaſſalli non habeant ſalarium pro itinere ſufficiens ad victum, quià ſi ſunt pauperes eſt contraria legi naturæ, & debet mittere minus occupatos: Pariter grauiſſimum peccatum committit Baro, qui cogit Syndicos ad ſoluendum ipſi, quæ exigere non potuerunt, quod nulla lex, nec ratio dicit, & ab alijs grauaminibus pauperum abſtineat, memor quòd duriſſimum Iudicium

cium fiet his qui præſunt:& vt experientia quotidiana docet, quòd familia iſtorum Dominorum tyrannorum veluti ſtercora euadunt, in miſerias, & calamitates magnas incidentes: alia peccata Principum, vide apud Medinam, Nauarrum, & alios.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus procuret quòd ſubditi ipſum odio non habeant.*
2 *Epiſcopus lites contra vniuerſitates non paſsim moueat.*
3 *Epiſcopus, non litiget cum ſuis ſubditis tempore penuria.*
4 *Epiſcopus non ſit litigioſus, & quis talis ſit.*
5 *Epiſcopus non ſe intromittat in electionibus officialium Vniuerſitatis.*
6 *Epiſcopus non debet familiaritatem cum Domino temporali tyranno habere.*

CAPITVLVM. LXIX

De aliquibus obſeruandis ab Epiſcopo, ne odio habeatur á ſuis ſubditis.

1 VIGILARE, debet Epiſcopus omni ſtudio, nè à ſubditis ſuis odio habeatur, quia eius verbis fidem non adhibebunt, & in vanum laborabit: quocirca diligentiſſimè ſtudeat, vt lites contra Vniuerſitates non moueat, ſine grauiſſima cauſa, & ſepius maturato cōſilio, & quando coactus erit litigare, procuret omni via lites extinguere, aut concordare per viam ſuperiorum temporalium, vel ſpiritualium, cum vtilitate Eccleſiæ.

2 Etenim certiſſimum eſt durante lite cū Vniuerſitate Epiſcopū nullum fructum in ea facturū, omnes ipſum odio habebūt, &

propria paſſione excæcati, maxime ruſtici, reputant eum hominem iniquum iniuſtè litigantem, nec illi credent, ita quod in vanum laborabit, & quando coactus erit procedere ad interdictum Vniuerſitatis, vel Rectorum poſt plures monitiones id exequatur; ex litibus enim innumera mala oriuntur l. properandum C. de Iudicijs, & Dominus miſit Apoſtolos ad prædicandum ſine auro, vt illis ſubtraheret cauſam litis c. Ira. ij. q. 3. S. Hugo Epiſcopus Lincolmenſis dat conſilium Archiepiſcopo Cantuarienſi, ne litiget cum ſubditis ſuis Eccleſiæ Cathedralis, nàm diſciplinæ vigor diſſoluetur, & emarceſcetur, & quanta ſucceſſura ſint animarum pericula, nullus extimare poterit; Carolus Borromeus, nunquam voluit habere litem in qua eſſet actor de rebus ad ipſum ſolum pertinentibus.

3. Secundò, dicit Medina de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1. quòd Epiſcopus peccat grauiter, ſi litigat cum ſuis ſubditis, pro his quæ ſibi debentur tempore penuriæ, nam eo tempore ipſe tenetur alere pauperes, dicit Diuus Thomas 2. 2. q. 184. art. 5. quòd Epiſcopus debet pro ſalute ouium cum gaudio ſuſtinere rapinam ſuorum bonorum, & 22. q. 81. art. 2. dicit, quod miniſtri Eccleſiæ maiorem curam debent habere ſpiritualium promouendorum in populo, quàm temporalium colligendorum exemplo Pauli.

4 Tertiò, Epiſcopus non ſit litigioſus, quia odio habebitur, ita quod ſubditi eius prædicationem non audient, diſt. 47. in ſumm. & c. 1. vbi Turrecremat. Dicitur autem litigioſus ille, qui ſemper vult cum alijs contendere, & verbis contradicere, nam iuxta S. Thomam 2. 2. q. 106. litigium propriè conſiſtit in verbis, cum vnus verbis alterius contradicit, quod vitium abominabile eſt in Prælato; quia litigioſi ſunt ſuperbi, adulatores, maxime Principum, quorum animos ſibi conciliant, proditores, detractores; ſeminantes diſcordiam; æquiparantur ruſticis, qui ſemper cum alijs contendere volunt, & parum intelligunt, maximè ſi ſint promoti ad magna d. cap. 1. Vnde Apoſtolus 2. ad Titum 2. Oportet ſeruū Dei nō litigare, ſed manſuetū eſſe ad omnes; patientē, cū modeſtia corripientē.

Quartò

5 Quartò, Epiſcopus non debet ſe intromittere in electionibus officialium Vniuerſitatis, quando ad ipſum alio iure non ſpectat, fauendo vni, vel alteri, quia odio habebitur ab Vniuerſitate, vel à multis, qui ſe læſos exiſtimabunt propter interceſſionem Epiſcopi, arg. text. notabil. in c. Denique, 14.q. 5. ſed quando ſubditi ad eum accedent, pro tali cauſa, moneat ipſos in genere ad faciendam bonam electionem. De Chriſto habetur Lucæ c. 10. Quidam de turba dixit ei: Magiſter dic fratri meo, vt diuidat mihi hæreditatem. At ille dixit ei: Homo quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?

6 Quintò animaduertere debet Epiſcopus, quando Dominus temporalis eſt tyrannus, qui opprimit pauperes, nè cum illo familiaritatem habeat, quia populus ipſum odio habebit, tamquam participem tyrannidis: etenim ab oppreſſoribus pauperum, Eccleſia nec dona, nec oblationes recipere vult, c. eorum, c. oblationes, diſt. 91. vbi Turrecrem. in ſpecie loquitur de Dominis temporalibus, ſed hoc caſu fungi debet officio ſuo, monendo, vt deſiſtat ab oppreſsione pauperum, iuxta c. Adminiſtratores, 23.q.5.& dicta ſupra de eadẽ re. Legitur apud Surium de Sãcto Corbiniano Epiſcopo, quòd fecit Regi ſignificare, nunquam ſe eius faciem viſurum; niſi laſciuam coniugem, quam poſt mortem fratris acceperat, à ſe expelleret, & cum per quadraginta dies, id ſeruaſſet, ambo conuerſi pœnitentiam egerunt. Legitur 3. Reg. c. 13. de Hieroboam Rege iniquo cui Propheta impetrauerat ſanitatem manus arefactæ, quod inuitauerat Prophetam, vt veniret ſecum domum, & pranderet, & acciperet munera; reſpondit Propheta: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ non veniam tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam: & alia Epiſcopus facere debet, quæ iudicauerit expedire, ne a ſubditis odio habeatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, non repetens Clericum à Iudice ſæculari detentum eſt deponendus.*

2 *Epiſcopus peccat mortaliter non inquirens, An Clerici grauentur gabellis.*

3 *Clerici an teneantur ſoluere collectas de bonis emptis, vel donatis.*

4 *Clerici an teneantur contribuere cum Laicis in communibus vtilitatibus.*

5 *Epiſcopus compellit Laicum ad declarandum ſtatutum, nè ſit contra libertatem Eccleſiæ.*

CAPITVLVM LXX.

De ſollicitudine Epiſcopi, vt priuilegia Clericorum non lædantur.

VIGILARE debet Epiſcopus, vt Clericorum priuilegia non lædantur, videlicet priuilegium fori, immunitatis, & Canonis.

1 Vnde dicit Caſſaneus communiter receptus in conſ. 38. quòd Epiſcopus non repetens Clericum detentum à Iudice ſæculari, debet deponi; & ſi Clericus moriatur, tenetur pœna homicidij.

2 Secundò, peccat mortaliter Epiſcopus non inquirens an Clerici grauentur gabellis, & non declarans excommunicatos illas exigentes. Clem. præſenti de cenſibus. Nauarr. c. 17. num. 202.

3 An autem Clerici teneantur ſoluere collectas de bonis emptis, vel donatis. Archid. & Io. Andr. in c. 1. de Immunitate Eccleſiarum in ſexto, tenent quòd non, & hæc eſt communis.

Ne

4 Nec etiam Clerici tenentur contribuere cum Laicis in refectione pontium, murorum,& alijs communibus vtilitatibus niſi duobus concurrentibus. Primò, quòd facultates Laicorum non ſuppetant. Secundò,requiritur licentia Papæ, c. non minus, c.aduerſus,de immunitat. Eccleſiarum, ſed ſi tanta eſſet neceſsitas, quòd non poſſet ſine aliorum ſcandalo,& periculo haberi recurſus ad Papam, ſufficeret tunc deliberatio Epiſcopi, & Clericorum. Abb. in d.cap. Non minus. Quoad priuilegium Canonis, res eſt clara, quia Epiſcopus debet omnes excommunicatos denunciare, vt euitentur, c.Cura, 11.q. 3. Tanto magis ſacrilegos, percuſſores Clericorum, quinimo Regularis percutiens Clericum ſæcularem, debet abſolui ab Epiſcopo, c. Religioſo, de ſent. excommunicat. 166. & Epiſcopus poteſt declarare excommunicatos Regulares exemptos. Felin. late in c.Non poteſt,de re iudicat.

5 Notandum præterea, quòd ſi Laici faciunt aliquod ſtatutum,quod non loquitur de Eccleſijs, vel Clericis,ſed conſiderato effectu, eſt contra immunitatem,vel libertatem Eccleſię, vt ſi ſtatuant non poſſe fieri alienationem in non ſubditum licet enim tale ſtatutum non comprehendat Eccleſiam, iuxta Ioannem Andream, & comm.in c.fin.de immunit. Eccleſię in ſexto: tamen quia Laici nolunt vendere Eccleſiæ, vel Clericis timore ſtatuti, poteſt Epiſcopus ex officio compellere censuris Laicum, ad declarandum tale ſtatutum,non includere Eccleſiam, aut Clericos; ita Ioannes Andreas,Dominicus, & communis in d. cap. fin. alia remedia ſeruanda ab Epiſcopo contra ſtatuta Laicorum in præiudicium Eccleſiarum ponit Felin.in c.Eccleſia,S.Mariæ,de conſtitut.num.107.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus diſtribuit pauperibus, bona peregrini,& aduenæ decedentis ab inteſtato.*

2 *Epiſcopus, exequitur teſtamentum eius,qui deceſsit in mari.*

3 *Epiſcopus,quando diſtribuit male oblata incerta.*

Epiſco-

4 *Epiſcopus debet eſſe diſcretus in diſtribuendo bona pauperibus.*
5 *Epiſcopus ad quem ſpectat diſtributio pauperibus facienda, an poſſit aliquid ſibi retinere.*
6 *Legatum quantitatis diſtribuendum prout alteri placuerit, eſt pium.*
7 *Legatum pro anima an ſit pium.*
8 *Legatum pro ſtudio non eſt pium, niſi ſit Theologiæ.*
9 *Legatum pro cuſtodia Ciuitatis, & alia cauſa publica quando eſt pium.*

CAPITVLVM LXXI.

De ſollicitudine Epiſcopi, circa diſtributionem bonorum fidelium, quando ad ipſum pertinet.

MEMOR eſſe debet Epiſcopus, vt quando ad ipſum pertinet, bona fidelium ſedulo, & prout debet diſtribuat, quod poteſt contingere pluribus modis de iure, omiſſa conſuetudine laudabili, & legitimè præſcripta ad eum tale ius deuoluente.

1 Primò, Epiſcopus poteſt diſtribuere inter pauperes bona peregrini, vel aduenæ mortui ab inteſtato ſine hæredibus. tex. eſt in Auth. omnes peregrini, cap. communia de ſucc. quod eſt notandum; & aduena dicitur, quamuis per aliquot annos habitauerit in ciuitate. Bertach. de Epiſcopo, lib. 4. 6. parte, quæſt. 25.

2 Secundò, Epiſcopus eſt exequutor teſtamenti illius, qui deceſsit in mari, quod eſt verum, in his quæ teſtator moriens in mari, ſecum haberet in naui, & niſi domicilium ſuum eſſet vicinum, ſed in loco remoto, haberetur ratio loci in quo ſunt res teſtantis, ita Ioannes Andreas in addit. ad Specul. De inſtrumentorum edit. verſ. quid ſi Epiſcopus. Bertach. vbi ſup. q. 34. qui concludit Epiſcopum loci debere exequi teſtamentum defuncti intra centum milliaria prope litus.

Tertiò

3 Tertiò, iuxta Hoſt. in c. Cùm tu, de vſuris, & in Sum. de pœnit. Ad Epiſcopum ſpectat reſtitutio male oblatorum incertorum, ſed communis opinio eſt in contrarium, vt poſſit ille, qui eſt obligatus hanc reſtitutionem facere ſine Epiſcopo; & caſus reſeruatus ab Epiſcopis, debet intelligi de abſolutione peccati illius qui omiſit reſtituere, & de Confeſſarijs, vt abſque conſilio Epiſcopi non abſoluant, aut diſtribuant, non autem, vt pars ſi velit, non reſtituat, & ſuam conſcientiam exoneret, ita Nauar. c. 17. n. 92. poſt Doctores in d. c. Cùm tu, & in c. cũ ſit, de Iudęis. Limitat verò in quatuor caſibus, quãdo obligatus reſtitutioni moritur abſque hærede, & executore, vel cùm qui reſtituere tenetur, nõ vult facere, & contra illum in iudicio proceditur, vel cum qui reſtituere debet, non rectè diſtribuit, aut cùm qui reſtituere debet, eſt, aut fuit manifeſtus vſurarius, iuxta communem in dictis locis.

Sed an Epiſcopus poſſit admittere ad tranſactionem, vel cõpoſitionem debentem reſtituere? Et dicendum eſt, quòd quando male oblata ſunt certa, non poteſt, ſi verò ſunt incerta, poteſt Epiſcopus taxare, ita Cardinal. in Clem. ſecunda. 5. notab. de pœnit. Socin. pulchrè in conſ. 127. vol. 3. Vbi etiam dicit, Epiſcopum, qui eſt pauperum adminiſtrator, non poſſe gratis remittere, quæ pauperibus debentur, de compoſitione verò, quæ fit cum Camera Apoſtolica, videndus eſt Nauarrus loc. cit.

4 In diſtributione, Epiſcopus debet eſſe diſcretus, vt priùs pauperibus loci teſtatoris diſtribuat, quàm alijs, ſed hoc eſt conſilium Bald. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis, & Clericis, Abb. in c. Cum tu, de vſuris; inter pauperes debet præferri hoſpitale, quæ enim maior paupertas, quàm illorum qui ſunt in neceſſitate, & non poſſunt laborare, & inter hoſpitalia pauperius, d. l. ſi quis ad declinandam, poteſt etiam ſi vult diſtribuere Eccleſijs, locis pijs. Bald. loc. cit. & diximus in præcedenti c̃. debet etiam eſſe diſcretus, vt non totum vni, ſed pluribus det pauperibus, iuxta S. Ambroſ. in c. in ipſa autẽ diſt. 86. & c. non ſatis. Bal. in l. 1. c. de ſacroſanctis Eccleſijs.

5 Sed an Epiſcopus poſſit aliquid ſibi retinere de bonis reſti

Digitized by Google

tuendis? Ioannes Andreas in Add. ad Specul. de Inſtrumentorum editione. §. ſed quid erit, dicit q̃ ſi Epiſcopus habet conſortium, poteſt ſibi, & coniunćto pauperi, & Eccleſiæ ſuæ dare, non ſi ſit ſolus, niſi coniunćtis valdè indigentibus, ſed contrarium indiſtinćtè tenet Ancharanus in conſ. 85. vbi concludit Abbatiſſam executricem teſtamenti potuiſſe diſtribuere ſuo Monaſterio pauperi, quod pauperibus erogare debebat, & ita tenet in Epiſcopo, Bertach. de Epiſcopo lib. 4. par. 4. q. 31.

6 Quartò, Epiſcopus eſt executor omnium piarum diſpoſitionum, ſiue in teſtamentis, ſiue inter viuos, iux. c. Nos quidem. c. tua nobis, de teſtam. Conc. Trid. c. 8. ſeſſ. 22. de reform. l. Noli, C. de Epiſcopis, & Cler. Eſt autem vtile ſcire quædam legata pia eſſe, nempè ſi relinquatur aliquid Franciſco diſtribuendo, prout ſibi placuerit, hoc legatum eſt pium, & debet erogari pauperibus, ex c. cum tibi, vbi omnes de teſtamentis.

7 Relićtum pro anima ſi relinquitur pauperi, eſt pium, etiam ſi relinquatur conſanguineo, vel amico pauperi, ſecùs ſi diuiti. gloſ. Bald. & Paulus in l. Illud, C. de ſacroſ. Eccleſ. ſic legatum alimentorum relićtum diuiti non eſt pium. Bart. in l. alio, ff. de alimentis legatis.

8 Relićtum cauſa ſtudij non cenſetur pium, niſi ſit pro ſtudio ſacræ Theologiæ. Bald. in l. 1. ff. de legatis 2. Tiraqu. de priuil. piæ cauſæ in præfatione.

9 Item legatum pro patriæ fortificatione, pro cuſtodia ciuitatis, locorum conſtrućtione, murorum, & foſſarum, & ceterorum id genus, quando neceſſitas imminet, dicitur pium, quia ex his cuſtodiuntur viduæ, orphani, & aliæ miſerabiles perſonæ. Specul. de inſtrument. edit. §. nunc verò, & omne legatum quod fit ad publicam vtilitatem dicitur pium. Paulus de Caſtro conſ. 194. viſo punćto lib. 2. Tiraqu. loco cit. qui alia legata pia copioſè enumerat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fraudantes oblationes defunctorum dicuntur infideles, fures, ſacrilegi, necatores animarum.*
2 *Celebratio Miſſarum an poſsit imponi ab Epiſcopo, vbi non reperitur.*
3 *Epiſcopus, an poſsit refrænare numerum Miſſarum offerendarum.*
4 *Miſſæ in quo loco celebrandæ ſint, & ibi plura.*
5 *Miſſam celebrans non in loco deſtinato, an teneatur ad reſtitutionem.*
6 *Miſſa pro defunctis, quando poſsit dici in die feſto.*
7 *Cappellanus, an poſsit præuenire celebrationem Miſſarum.*
8 *Cappellanus debet celebrare ſalua honeſtate, & quomodo id intelligatur.*
9 *Cappellanus, an poſsit abeſſe per duos menſes in anno, quando reſidere tenetur.*
10 *Sacerdos, an ſatisfaciat ruſtico petenti Miſſam de Requiē in die feſtiuo, celebrando Miſsam de Sancto occurrenti duplici.*
11 *Pro duabus eleemoſynis, quando poſsit ſatisfieri vnica Miſsa.*
12 *Miſsa non poteſt celebrari in loco non deſignato, etiam cum conſenſu hæredum.*
13 *Cappellanus infirmus, an teneatur celebrari facere per alios.*
14 *Cappellanus eligendus Sacerdos, an debeat eſse actu.*
15 *Cappellania an poſsit obtineri à Canonico in eadem Eccleſia.*
16 *Pecunia legata Collegio Clericorum cum onere anniuerſarij, debet conuerti in bona ſtabilia.*
17 *Sacerdos, an poſsit paciſci de ſuſtentatione ante celebrationem Miſsæ.*

CAPITVLVM LXXII.

De vigilantia Epiſcopi, vt Miſſæ à defunctis relictae celebrentur, & aliae oblatae à viuis.

1 VIGILARE ſummoperè debet Epiſcopus, circa celebrationem Miſſarum relictarum à defunctis; clamãt enim in Purgatorio, præſertim contra presbyteros: Miſeremini mei, miſeremini mei, quare carnibus meis ſaturamini? id eſt redditibus Eccleſiarum, quos noſtris laboribus acquiſiuimus, & vobis donauimus. Iſti enim qui fraudant oblationes fidelium dicuntur necatores pauperum, infideles, fures, ſacrilegi, c. qui oblationes 13. q. 2. Proinde deberet Epiſcopus acriter illos punire, & mandare, vt deſcribantur omnes Miſſæ à Sacriſtis, quæ dicuntur in Eccleſijs, & fideliter ſub pœna, & quando viſitat ſtatim examinari faciat Sacriſtas ſuper celebratione Miſſarum ſingulorum altarium, & ſequeſtret fructus beneficiorum pro Miſsis non celebratis; & quia ſolent aliqua dubia occurrere circa hanc materiam, illa breuiter explicabimus.

2 Primò dubitatur, ſi in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata repetiantur cappellæ, cum redditibus ſufficientibus ad celebrãdũ Miſſas aliquas, ſed Beneficiati negãt teneri ad illas, quia non apparet de onere Miſſarũ, eo magis, quòd Epiſcopus non viſitauit, vel non fecit deſcribi viſitationem, & hoc caſu in dubio non videtur abſurdum, quòd Epiſcopus poſsit compellere Rectorẽ ad aliquas Miſſas celebrandas, pro quantitate reddituum aſsignandas, ſiquidem in obſcuris debemus ſequi, quod veriſimilius eſt, & quod frequentatur in regione, regula, inſpicimus de reg. iuris. in 6. regula, In obſcuris, & regula, Semper. ff. eodem, ſed Cappellaniæ, quæ in Eccleſijs fundantur cum redditibus, ex conſuetudine & vſu totius orbis inſtituuntur pro celebrandis Miſsis, & talis præſumitur veriſimilis

riſimilis mens fundatoris, quòd Cappellanus, qui recipit redditus celebret Miſsas, prout alij faciunt. Cùm itaque non appareat de contraria voluntate, debet attendi mos regionis, & veriſimilis mens, & contraria poſſeſsio videtur corruptela, conſiderat, not. Suarez tom. 3. diſput. 86. ſect. 1. & loquor hic de Cappellis, quæ reperiũtur fundatæ intus Cathedrales, & Collegiatas, non de beneficijs alijs quæ permanẽt ex ſe, nec de dignitatibus Eccleſiaſticis, aut canonicatibus.

3 Secundò, quæritur an Epiſcopus qui habet poteſtatẽ à Cõcilio Tridentino reducendi in Synodo numerum miſſarum, poſsit ſtatuere, quòd Canonici dicant vnum anniuerſarium tàm pro miſsis præteritis, quàm in futurum offerendis. Et dicendum eſt quod non, ſed tantum pro præteritis, quia Epiſcopus non poteſt ſtatuere in futurum, in caſu ſuper quo poteſt diſpenſare, nàm eſſet inducere homines ad peccandum, & decipiendum fideles. Feder. conſ. 275. Felin. late in c. fin. de Conſt. c. Mala, diſt. 8.

4 Tertiò quæritur, poſtquàm iuxta communẽ Miſſæ ſunt dicendæ in altari, vel Eccleſia deputata, niſi cõmodè dici non poſſent, ex c. Nos quidem de teſtam. Azor. lib. 10. c. 24. & cõmunis. Quid ſi teſtator mandauit ſepeliri corpus ſuum in tali Eccleſia, & relinquat tot Miſſas, non exprimendo locum, in quo loco celebrari debeant. Reſpondetur quòd in Eccleſia ſepulturæ propter deuotionem ipſius teſtatoris, & patrocinium Sanctorum, in quorum honorem fuit ædificata, ita Abb. in conſ. 99. 2. part.

Quartò quæritur, ſi Miſſæ ſint dicendæ in altari talis Eccleſię, quod ſit deſtructum, an poſſint dici extra illam Eccleſiam? Et cenſeo eſſe dicendas in altari alio eiuſdem Eccleſiæ, propter deuotionem teſtatoris, donec conſtruatur altare, vt in caſu præcedenti.

5 Quintò quæritur, pone quòd Cappellanus ſine cauſa cum cõmodè poſſet celebrare in loco deſignato alibi celebrauit, an debeat aliquid reſtituere? & dicendum eſt quod non, ſed quòd tantum peccauit, quia tamen accidere poteſt, vt mortuis ſubſidij aliquid ſubtraxerit, id alijs precibus compenſare de-

bet. Azor. d. c. 24. Sacerdos autem qui id facit ſine cauſa peccat mortaliter. Nauarr. c. 25. numero 134. quem ſequitur Azor. loco citato.

6 Sextò, quæ dicta ſunt de loco celebrationis, ſunt dicenda de tempore, vt in die deſignata Miſſæ celebrari debeant. Sed quæritur, An in die feſto poſſit celebrari Miſſa de Defūctis, vel ſatisfiat obligationi celebrando de Sanctis? Reſpondetur, quòd ſi eſt feſtum duplex, non debet dici Miſſa de Defunctis, & ſatis ſit dicendo Miſſam de Sancto, niſi cadauer eſſet ſepeliendum, & tunc poterit dici Miſſa de Defunctis. Azor. loco citato, capitulo 32. Rationale diuinorum, de Diuinis officijs.

Septimò, quid ſi in altari priuilegiato ſit dicenda Miſſa de requiem, an liberetur anima celebrando Miſſam de Sancto duplici? S. Sancta Congregatio Conc. Trid. pro Eccleſia diuæ Mariç Annunciatæ Ciuitatis Neapolis, his verbis reſcripſit: Congregatio Concilij reſpondit eſſe celebrandam Miſsā Defunctorum, prçterquàm his diebus, quibus ob feſtiuitates, vel alia de cauſa id commodè præſtari non poteſt.

7 Octauò quæritur, An Cappellanus poſſit aliquando prçuenire celebrationem Miſſarum ex iuſta cauſa, nempè quia eſt Hebdomadarius. Et tenetur in illa hebdomada ſeruire Eccleſiæ, vnde vellet Miſſas Cappellaniæ celebrare in hebdomada præcedenti, & cenſeo poſſe per Epiſcopum permitti præuentio ex dicta cauſa ſemel, vel bis in menſe, quia dicta præuentio fit cum maiori vtilitate. Et dicit S. Thomas in Quodlibet. 5. art. 28. quòd officium dici ſolitum de nocte in Eccleſijs, poteſt ex aliqua iuſta occupatione dici de ſero, & præueniri, vt ſi Magiſter debet videre lectiones ſuas de nocte, quia melius eſt vtrumque reddere, quàm quòd per vnum aliud impediatur, & deputata ad certos pios vſus, poſſunt ad tempus in alios conuerti, vt diximus in c. præced. & in ſpecie, quòd Miſſç Defunctorum poſſunt præueniri, & non poſtponi, dicit Rationale loc. cit. Sed quia teſtator potuit habere affectum ad cultum diuinū, vt in ſua Cappella qualibet hebdomada exhibeatur; nōn debet Epiſcopus paſſim diſpenſare, ſed rarò, & ex

præ-

prædicta cauſa, talis etiã debet præſumi intentio teſtatoris, vt poſſit Cappellanus aliquando cum maiori ſua commoditate, & vtilitate defuncti, l. in teſtamentis. ff. de reg. iur.

8 Nonò quæritur, poſtquàm Cappellanus non tenetur celebrare niſi ſalua honeſtate, c. ſignificatum, de præben. ceſſando aliquo die hebdomadę, an id procedat quando à teſtatore cauetur, vt quotidie celebretur Miſſa per Cappellanum, vel per alium? Sacra Congregatio Concilij reſpondit pro dicta Eccleſia his verbis: In caſu prædicto propoſito Congregatio cenſuit dictis Cappellanis indulgendum, vt bis in hebdomada liceat eis à Miſſæ celebratione abſtinere, dum tamen id oneris tunc impleant per idoneũ ſubſtitutum: idem etiam dicit Nauarr. c. 25. n. 134. Azor. loco citato. Idem quando teſtator non dirigit verba ad ſacerdotem, ſed ad locum, dicens: Volo quòd in tali loco celebretur quotidie vna Miſſa, quia debet celebrari per Cappellanum, vel alium, ita Silueſt. in verbo Miſſ. §. 8.

9 Decimò quæritur, An Cappellanus, qui tenetur per ſe, vel alium celebrare, & reſidere in Eccleſia, vt in dicta Eccleſia Annũtiatæ, poſſit quolibet anno per duos menſes abeſſe; Eadem Cõgregatio ſacra reſcripſit his verbis: Ad tertium licere illis duobus menſibus abeſſe, dũ tamen per alium Miſſarũ celebrationi ſatisfiat. Sed aduertendum, quòd fuerat in dicta Eccleſia ſpecialiter ſtatutum à Papa, vt Cappellani tenerẽtur reſidere.

10 Vndecimò, ſi quis à Sacerdote petierit, vt cras certum Sacrum faciat, quod diei feſto non conuenit, an ſatisfaciat Sacerdos, dicendo Miſſam de feſto currenti? Azor. d. c. 32. tenet quod ſic, quoniam hæc petitio laicorum debet congruere regulis Eccleſiæ, & præceptis. Rudes enim homines, & ignari etiam in Natali Domini, & in Paſchate ſolent petere à Sacerdotibus, vt pro mortuis Miſſam celebrent, vel aliàs.

11 Duodecimò, acriter puniendi ſunt, qui cum vna Miſſa prætendunt ſatisfacere pluribus, qui dederunt eleemoſynam pro Miſſa, niſi de conſenſu eorum, qui dant eleemoſynam, iuxta magis cõmunem. Corduba lib. 1. q. 3. Nauarrus c. 25. n. 92. Petrus Nauarr. de reſtitut. lib. 2. c. 2. n. 263. Rodriguez in

P 4 Sum.

Sum.par.1. c. 250. & alij, nec debet admitti illa excuſatio: quòd ſub verborum inuolucro dicant dantibus eleemoſynas, Orabo pro vobis, quia debent alijs manifeſtare eorum impotentiam ad celebrandum tot Miſſas, niſi eſſet nota, quod rarò contingit in perſonis ruſticis, & tanto magis ſapientibus, qui ſciunt declarare eorum intentionem, & tales ſunt puniendi, tamquam fures.

Aliqui dicũt, quòd valor Miſſæ eſt duplex, impetratorius, & ſatisfactorius, & ideò prætendunt vnica Miſſa ſatisfacere defunctis, quibus applicant valorem ſatisfactorium, & infirmis, vel poſtulantibus alias gratias, quibus applicant valorem impetratorium, & ſic recipere duas eleemoſynas, & vna Miſſa ſatisfacere, iſti peccant, & non ſunt tolerandi. Rodriguez pulcrè loco cit.

12 Alij prætendunt de conſenſu hæredum celebrare Miſſam in alio loco, quàm deputato à teſtatore, & iſti non ſatisfaciunt, quia non agitur de adimplenda voluntate hæredum cui poſſint renunciare, ſed teſtatoris. Iuxta Card. Imol. Bonifac. in Clement. quia contingit, de relig. domib.

13 Cappellanus infirmus an teneatur celebrari facere, durante infirmitate? & quòd ſic, niſi infirmitas durauerit per octo dies, diximus in Praxi c. 54. Rodriguez in diſt. c. 250. arbitratur ſufficere duos, vel tres dies.

14 Cappellanus Sacerdos eligendus debet eſſe actu Sacerdos, quãdo eſt expreſsũ in fundatione à laicis, ſecùs ſi ab Eccleſiaſticis ratione Eccleſiæ, quia tũc ſufficit poſſe intra annum promoueri ad Sacerdotium, diximus in Praxi c. 24. & ibi quando poſſit ſeruire per alios.

15 Decimotertiò, quia diximus in Praxi c. 64. poſſe retineri plura beneficia deformia ſub eodem tecto, ex Nauarr. conſ. 16. & 21. de præbendis, cap. alleg. 17. & alijs, poſtea vidi contrariũ fuiſſe de mente Sũmi Pontificis, de cuius ordine ab Illuſt. Cardinali Alexandrino anno 1592. die 14. Iulij fuit reſcriptum Vicario Ciuitatis Theani, quòd Canonici, qui in Cathedrali habebant vnicam Cappellaniam, ex gratia particulari Summi Pontificis tolerarentur, attenta eorum paupertate, donec creſce-

creſceret valor Canonicatuum, quo caſu non poſſint retinere Cappellanias.

16 Decimoquartò notandũ, ꝙ pecunia legata Collegio Clericorum cum onere perpetui anniuerſarij, nõ eſt legata ſingulis, nec poteſt inter præſentes diuidi, ſed conuerti debet in bona ſtabilia, vt ſic annui fructus perpetuò dentur illis, qui onus ſuſtinebunt. Nauar. conſ 8. de rebus Eccleſiaſticis. De Epiſcopo, an poſſit ſtatuere, quòd Miſſa celebretur pro eo, qui tantum dederit? & quod ſic, ſed non quod pro eo, qui minùs dederit non celebretur, dicit D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 3.

17 Aliqui Sacerdotes volunt paciſci de ſuſtentatione ante celebrationem Miſſæ, quod poteſt fieri ſi ſunt pauperes, & ſine ſcandalo. Toletus libro quinto c. 89. Sed Epiſcopus debet vigilare ſi adeſt ſcandalum: alia peccata Sacerdotum in Miſſa, vide per Nauarr. & Rodriguez vbi ſupra, & per Henriquez, de Miſſa, & alios.

SVMMARIVM.

1 *Oblata à fidelibus ad certos pios vſus non poſſunt in alios conuerti ſine licentia Papa, quod limitatur, & ampliatur.*
2 *Relictũ pro anniuerſario poteſt pro vna vice in aliud conuerti.*
3 *Relictum pro Eccleſia conſtruenda poteſt conuerti in vſum Eccleſiæ conſtructæ.*
4 *Relictum Monti pietatis, illo ſublato, cui debeatur.*
5 *Relictum factum pauperibus poteſt dari Eccleſijs, & pijs locis.*
6 *Relictum pro fabrica poteſt conuerti in picturam.*
7 *Teſtator ſi reliquit mille pro malè ablatis, & non ſint niſi quinquaginta ablata, quid agendum de alijs.*
8 *Relictum factum pauperibus hoſpitalis, an intelligatur pro victu tantum, vel pro victu, & veſtitu.*
9 *Legata ad pias cauſas caduca, an debeantur.*
10 *Legatum factum diuiti tanquam pauperi, debetur pauperibus.*
11 *Epiſcopus Cappellanum amouibilem, an poſſit facere perpetuum.*

12 Epiſcopus viſitans hoſpitalia, non poteſt diſponere de redditibus ad libitum.

13 Legatum factum hoſpitali conſtructo ſine auctoritate Epiſcopi, cui debeatur.

14 Legatum factum pro puellis maritandis non poteſt diſtribui inter nondum nubiles.

15 Tranſactio non poſſit fieri ſuper legato pio.

16 Legatũ pro certo vſu Eccleſiæ, an poſsit conuerti in alium vſum eiuſdem Eccleſiæ.

CAPITVLVM LXXIII.

De ſollicitudine Epiſcopi, vt quælibet voluntas teſtatoris pia ſeruetur.

1 PECCAT mortaliter Epiſcopus qui non curat, vt deſtinata à fidelibus ad certos pios vſus ꝑ illis deſeruiant, & non conuertantur in alios. Clem. Quia contingit, de relig. domib. in qua ponitur præceptum: voluntas enim teſtatoris, quantum poſſibile eſt, adimpleri debet, c. Vltima voluntas 13. q. 2. ſed ſi communicatio in alios vſus eſt facienda, requiritur auctoritas Papæ, d. Clem. niſi res deſtinata pro vſu deputato deſeruire non poſſet, tunc auctoritate Epiſcopi fieri poteſt, c. Nos quidem, vbi omnes de teſtamẽtis. Vnde ſi relinquantur Miſſæ dicendæ in aliqua Eccleſia, in qua propter alia onera dici non poſſunt, vel quia eſt interdicta, poterunt alibi dici de licentia Epiſcopi, vel ſi ſint dicendæ Miſſæ in Cappella defuncti quæ indiget paramentis, vt poſſit celebrari, poterit Epiſcopus mandare, quòd Beneficiarius de pecunia debita pro Miſſis emat paramenta, & poſteà in futurum celebretur. Item ſi relinquantur imagini veſtes muliebres, tobaleæ quæ conſumantur, poſſunt de licentia Epiſcopi vendi, & earum pretium conuerti in alios pios vſus. Sed notandum, quòd in hoc caſu, quando res legata non poteſt deſeruire

ſeruire pro vſu deſtinato, Epiſcopus debet facere commutationem cum conſenſu hæredis defuncti, Abb. in d. c. Nos quidem, per illum textum. Petrus de Canonica in 7. c. principali. Rochus de Iure patronatus, in verbo, per eos, ſi tamen hæres nollet conſentire, poſſet ſolus Epiſcopus. Felin. in c. Cum acceſſiſſent, de conſtit. quem ita intelligit Rochus loc. cit. Petrus vero addit, quòd etiam requiritur conſenſus Eccleſiæ, cui legatur, ex l. legat. ff. de vſuf. legat. & l. legat. ff. de adminiſt. rerum ad Ciuitatem pertinentium, & ſi nec hæres, nec Eccleſia vellet conſentire, Epiſcopus ſolus id faciat, & ſi hæres contradicit, & Eccleſia conſentiet, præualebit conſenſus Eccleſiæ ad tuendam voluntatē defuncti. Ita Petrus vbi ſupra. Secūdò declara, vt commutatio poſſit fieri per Epiſcopum quando difficiliter res poſſet deſeruire pro vſu deſtinato, qui difficile æquiparatur impoſſibili. Geminianus in c. Canonicis diſt. 19. Felin. in conſ. 42. n. 17.

2 Tertiò declara, vt poſsit ſemper fieri commutatio per Epiſcopum non in perpetuum, ſed ad tempus ex aliqua cauſa. Ita Socinus de oblatio. libell. 9. per text. not. in l. 1. C. de expenſis lud. lib. 10. Idem videtur tenere Antonius in c. fin. de teſt. dicens, quòd legatum pro anniuerſario poteſt pro vna vice ad aliud expendi, & poſtea redire ad ſolitum. Sequitur Felin. in d. c. Cùm acceſſiſſent, Gugliel. in c. Rainutius, de teſtament. in verſ. reliquit, n. 19. quando vero commutatio fit per Epiſcopum ob impotentiam, vel difficultatem, debet fieri in vſus proximos voluntati defuncti, ex Cōcilio Tridentino c. 8. Seſſ. 25. de refor. nunc verò pro maiori declaratione aliquas quæſtiones ponemus.

Primò quæritur, An dicta commutatio in alios vſus, poſſit fieri in melius? & verior eſt opinio Imolæ, & Boniſac. in d. Cle. quòd non, & ſic bona deputata hoſpitalibus pro infirmis, non poſſunt diſtribui puellis maritandis ſine auctoritate Papæ, nec commutatio poteſt fieri accedente conſenſu hæredis, quia nō agitur de eius voluntate adimplenda, communis in d. Clem.

3 Secundò quęritur, An relictum pro Eccleſia conſtruenda, poſsit per Epiſcopum conuerti in vſum Eccleſię iam conſtructæ?

ſtructæ? Bart. in l. fin.ff.de operibus publicis, tenet quod ſic; Bertacch. de Epiſcopo lib.4. 4. parte,q. 31.

4 Tertiò quæritur, An relictum factum Monti pietatis, illo ſublato poſſit conuerti in alium vſum? & dicendum eſt, quod ſic.Bertacch.loco cit.

5 Quartò quæritur, An relictum factũ pauperibus poſſit conuerti in fabricam Eccleſiæ? & dicendum eſt quod ſic. Bald. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis, & Clericis, Ioan. Andreas in c. fin. de teſtam. lib. 6. quia appellatione pauperum continetur Eccleſia. Bertacch. loco cit. Nauarr. c.17.nu. 92.Quidquid dicat Petrus de Canonica portione.

6 Item ſi relictum fiat pro fabrica, poteſt conuerti in picturam,quia eſt fabrica. Bald. in d. l. ſi quis ad declinandam. §. In omnibus.

7 Quintò,ſi teſtator reliquit mille diſpenſanda pro male oblatis quæ non aſcendunt ad iſtam ſummam,reſiduum debet conuerti in alium pium vſum, & non reſtitui hæredi. Bald.loc.cit. & ſi teſtator mandauit conſtrui oratorium, & expendi mille, ſi quinquaginta ſufficiant, reliqua ſunt diſpenſanda in pios vſus, ſecùs ſi deſignauit formam oratorij, quia quod ſupereſt, pertinet ad hæredem. Couarr. in cap. Nos quidem, de Teſtamentis.

8 Sextò quæritur, An relictum factum pro ſuſtentatione pauperum poſsit conuerti in redemptionem captiuorum?& dicendum eſt quod non. Bald. & Bertacch. vbi ſupra. Sed hic quæritur, An relictum factum pauperibus hoſpitalis pro eorũ ſuſtentatione intelligatur de victu tantum, vel de victu,& veſtitu. Paulus de Caſtro in conſ.437. Incip. Super dictis, dicit attendendam eſſe conſuetudinem locorum,quantitatem legati,& in dubio debetur veſtitus.

9 Septimò quæritur, An legata ad pias cauſas ſi ſint pro non ſcriptis, vel caduca debeantur? Et veritas eſt quòd principaliter ſint relicta pro anima, nempè pro maritandis aliquibus puellis pauperibus, ſecùs ſi contemplatione perſonæ,vel Collegij, vel ſeruitij, vt ſi relinquatur dos puellæ quæ ſeruiuit. Bartol.in l. pater.§. Tuſculanus.ff. de legat. 1. Abb. Imola in

d. cap.

dicto cap. Nos quidē. Tiraquel. de Priuil. piæ cauſæ, priuil. 38.

10 Octauò quæritur. Si legatur aliquid diuiti, tamquam pauperi, quid agendum? Bart. in l. 1. n. 35. C. de Sacroſ. Eccleſ. dicit, quòd poterit conuerti in alium vſum, ſed Baldus ibi dicit, quòd debet conuerti in eundem vſum; vnde cum pauperi ſit relictum, dabitur pauperi, quod nota.

11 Nonò quæritur, An Epiſcopus Cappellanum amouibilem inſtitutum à teſtatore, facere poſſit perpetuum? Gomeſius in reg. de triennali. q. 32. tenet quòd ſic.

12 Decimò notandum, quòd Epiſcopus viſitans Hoſpitalia debet ordinare vt vſus deſtinatus obſeruetur, non autem poterit diſponere de redditibus ad libitum. Abb. in c. de Xenodochijs, de relig. domib.

13 Item legatum factum hoſpitali conſtructo ſine auctoritate Epiſcopi, poteſt per Epiſcopũ conuerti in alimenta pauperum, Bald. in l. deleri. C. de fideicõmiſſarijs libertatibus, vbi dicit, quòd ſi fiat legatum pro conſtruendo hoſpitali, intelligitur, ſi Epiſcopus auctoretur, & debetur, etiamſi Epiſcopus noluit auctorari. Bertacch. vbi ſupra.

14 Item legatum factum pro puellis maritandis, non poteſt diſtribui inter puellas nondum nubiles, Bald. in l. Sancimus, c. de nuptijs. Bertach. loco citato.

15 Prætereà notandum, quòd ſi eſt lis inter duos ſuper legato pio non poteſt fieri tranſactio, ſi apparet de voluntate teſtatoris, ſi verò eſt dubium poterit Epiſcopus ſuam auctoritatem interponere tranſactioni, ſed ante omnia debet inueſtigare quidquid apparet de mente teſtatoris, ita Bald. not. in conſ. 6. vol. 4.

16 Item notandum, quòd legatum ad certum vſum Eccleſiæ, nempè pro pilaſtris, non poteſt conuerti in alios vſus eiuſdem Eccleſiæ, nempè pro tectis, niſi aliquid ſuperſit. Cald. not. cõſ. 22. de teſtamentis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet pro defenſione Iurium Eccleſiæ ponere vitam.*
2 *Epiſcopus pro defenſione Eccleſiæ poteſt indicere bellum.*
3 *Angeli cuſtodes Iurium Epiſcopalium.*
4 *Epiſcopus tenetur litigare pro Eccleſia, & quando non.*
5 *Epiſcopus an poſſit ſolus reſtituere rem ab Eccleſia iniuſtè detentam.*
6 *Epiſcopus repetens bona Eccleſiæ malè alienata non poteſt reconueniri.*
7 *Epiſcopus, & Clericus tenentur patrocinari in cauſis Eccleſiæ.*
8 *Clericus poteſt compelli ad præſtandum operas Eccleſiæ, puta fabriles.*
9 *Epiſcopus poteſt agere, & conueniri pro Eccleſia inferiori, etiam ſi habeat Rectorem.*
10 *Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ conſtituit procuratorem, etiam poſt litem conteſtatam.*

CAPITVLVM. LXXIV.

De ſollicitudine Epiſcopi circa defenſionem Iurium Eccleſiæ.

1 MEMOR eſſe debet Epiſcopus, vt iura Eccleſiæ ſuæ defendat, & ſi oportuerit ponere vitam pro defenſione bonorum, & iurium Eccleſiæ, gloſ. not. in c. Conuenior 32. q. 8. dummodo foueat iuſtam cauſam, quia non tenetur illam defendere contra conſcientiã, & peccat ſi iniuſtè exigat pro Eccleſia 14. q. 2. c. Quod debetur. gloſ. eadem q. c. 1. omnes in c. fin. de præſcriptionibus, & iura Eccleſiæ ſunt recuperanda omni mora poſtpoſita, c. Auguſtino. 12. q. 2.

2 Et dicit gloſa in c. Auctoritate 15. q. 6. quòd poteſt Epiſcopus

ſcopus pro defenſione Eccleſiæ bellum indicere,& in bello inſequi hoſtes.

3 Item Epiſcopalium iurium aliquando fuiſſe cuſtodes Angelos, tradit Cardinalis Baronius rom.9.fol.142.

4 Hinc oritur dubium,An poſſit Epiſcopus tuta conſcientia differre recuperationem bonorum, vel iurium Eccleſiæ non litigando? Abb. in c. 2. de præſcript. diſtinguit, quòd aut Epiſcopus ſperat veriſimiliter quòd ad tempus differendo recuperabit rem ſuam ſine litigio,& non peccat ſuperſedendo, ſed vbi iſta veriſimiliter non arbitratur, peccat mortaliter non litigando, niſi timeretur magnum ſcandalum, arg. d. c. & ibi Felin.ſed cum ſcandalo Phariſçorum liceret,& deberet litigari.S.Tho.2.2.q. 44.art. 8.vbi laudat Sanctum Thomam Cantuar. qui cum ſcandalo regis repetijt res Eccleſiæ.

5 Secundò dubitatur, ſi Epiſcopus ſcit Eccleſiam rē alterius iniuſtè poſsidere, an teneatur illam reſtituere, & poſsit ſolus vel requiratur conſenſus Capituli? In hoc dubio ſunt diuerſæ opiniones, ſed verior opinio eſt, quòd ſi apparet notoriè rem iniuſtè detineri ab Eccleſia, debet, ac poteſt ſolus Prælatus, illam reſtituere, Abb. in c. fin. de præſcription. Si verò iniuſtitia non eſt notoria, ſed illam ſciunt Prælatus, & Capitulum,poteſt adhuc fieri reſtitutio, iuxta veriorem opinionem. Fel.in d.cap.fin.contra Abbatem.Sed ſi Epiſcopus habet malam fidem,Capitulum verò bonā? dicit Hoſtien.in Summa de præſcriptione rerum immobilium. §.Verum,quòd Epiſcopus, debet dicere Capitulo: Vos defendatis,quia ego volo,quòd mundæ ſint manus meæ à ſanguine iſtius cauſæ. quamuis Archidiaconus in c. generalis 54.diſt. dicat,quòd Prælatus hoc caſu poterit defendere in iudicio, quia ſcit vt priuata perſona, & defenſionem aſſumit tanquam Prælatus.Vnum eſt notādum,quòd etiam ſi iniuſta detentio Eccleſiæ ſit notoria, quādo rem obtinet ex cauſa oneroſa, debet denuntiare domino, vt defendat in iudicio, quia aliàs ille non teneretur de euictione, niſi poſt ſententiam, nec tunc debet reſtituere. Imola in d. c. fin. de præſcript.

6 Tertiò notandum, quòd Eps repetens bona malè alienata

Eccle-

Eccleſiæ non poteſt reconueniri, Speculator de reconuent. Bertacch. de Epiſcopo lib. 4. 4. part. q. 20.

7 Quartò notandum, quòd Epiſcopus, & Clericus tenentur patrocinari in cauſis, & negotijs Eccleſiæ ſuæ. Gloſ. not. in c. Nulli. 3. q. 1.

8 Et Clericus poteſt compelli ad præſtandum alias operas, puta fabriles. Gloſ. notabilis in c. vos autem. 16. q. 1.

9 Quintò notandum, quòd Epiſcopus poteſt agere, & conueniri pro Eccleſia inferiori ſibi ſubiecta; etiam ſi habeat Rectorem cap. Cum dilectus, de ſucceſſionibus ab inteſtato, vbi Innoc. & Abbas.

10 Et Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ ſuæ, poteſt conſtituere procuratorem, etiam poſt litem conteſtatam. Speculat. de procurat. §. 2. Bertacch. loco citato q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus tenetur acquirere Eccleſiæ ſuæ, aliàs tenetur de ſuo.*
2 *Et an teneatur cum damno proprio.*
3 *Epiſcopus qui paſſus eſt rem Eccleſiæ præſcribi, tenetur reſarcire de ſuo.*
4 *Hypotheca tacita datur contra bona Epiſcopi malè adminiſtrantis.*
5 *Et quando incipiat.*
6 *Et an habeat priuilegium Prælationis.*

CAPITVLVM LXXV.

De ſollicitudine Epiſcopi in acquirendo Eccleſiæ ſuae, & de mala eius adminiſtratione.

1 NON ſolum Epiſcopus tenetur defendere iura Eccleſiæ, ſed etiam quando poteſt illi acquirere, id facere debet, exemplo tutoris, aliàs tenetur de ſuo. Gloſ. notabilis in c. 1. 12. q. 4. Abb. in c. præſentium, de pignoribus.

Et te-

2 Et tenetur acquirere cum damno proprio concernente lucrum captandum, non damnum vitandum. Archid. in dicto cap. 1.

3 Et Epiſcopus, qui paſſus eſt rem Eccleſiæ præſcribi, tenetur de proprio patrimonio ſatisfacere. Gloſ. in cap. placuit, el ſecondo, 16. quæſt. 3. Francus in cap. primo de rebus Eccleſiæ non alienand. in 6. Rebuff. in compendio alienationis, numero 31.

4 Et pro mala adminiſtratione Prælati competit tacita hypotheca contra eius bona, Gloſſ. & Abb. in cap. ex litteris, de pignoribus, quòd intelligitur de mala adminiſtratione doloſa, non autem culpabili tantùm, Paulus in l. Cùm oportet, §. ſed cùm tacitas, & §. ſub hac tamen, C. de bonis quæ liberis, Nigoſ. de pignoribus, membro 4. parte ſecunda, num. 15.

5 Quæ tacita hypotheca pro mala adminiſtratione doloſa incipit à die poſſeſſionis Epiſcopatus, non à die malæ adminiſtrationis, l. Cum oportet. §. finali. C. de bonis quæ liberis. Gloſſ. & Salicet. in l. pro officio. C. de adminiſtratione tutorum.

8 Non tamen habet priuilegium prælationis, iuxta l. aſſiduis. C. qui potiores in pignore, etiam quòd ſit pro dote Epiſcopali. Roman. ſingul. 357. Vrſillus deciſ. 190. in fine. An autem Epiſcopus poſſit præiudicare Eccleſiæ non acquirendo, vel repudiando legatum. Vide Feder. conſil. 9. DD. in cap. fin. de præſcript. Alexand. in l. legatum. ff. de legat. primo, & ſi Prælatus malè agat cauſam Eccleſiæ, condemnatur in expenſis, & patitur exequutionem in bonis proprijs. Gloſſ. Bald. in l. non eſt ignotum. C. de adminiſtrat. tutorum.

Q SVM

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiarum dicuntur patrimonium Crucifixi.*
2 *Deus iratus, animas percutit, propter alienationem Eccleſiæ bonorum.*
3 *Epiſcopus alienans res Eccleſiæ ſine cauſa tanquam fur debet deponi.*
4 *Exempla plura terribilia recenſentur, occupantium bona Eccleſiæ.*
5 *Ira Dei contra occupatores bonorum Eccleſiæ.*
6 *Epiſcopus non poteſt dicere de bonis Eccleſiæ, mea ſunt.*
7 *Epiſcopus debet habere Archiuum, & facere inuentarium bonorum Eccleſiæ.*
8 *Exemplum factum auctoritate Iudicis, citata parte probat.*
9 *Scriptura eſt neceſſaria in alienatione bonorum Eccleſiæ.*
10 *Vendens rem Eccleſiæ, non poteſt habere fidem de pretio.*
11 *Res Eccleſiæ debent vendi ſub haſta.*
12 *Epiſcopus malè alienans, poteſt recuperare poſſeſſionem bonorũ Eccleſiæ auctoritate propria.*
13 *Epiſcopus quando poſſit incidere arbores Eccleſiæ.*

CAPITVLVM LXXVI.

De ſollicitudine Epiſcopi, ne bona Eccleſiarum alienentur, & de eorum conſeruatione.

1 VIGILARE omni ſtudio debet Epiſcopus circa bona Eccleſiarum, quæ dicuntur patrimonium Crucifixi, cap. Cum ſecundum, de præbendis, cap. Cum ex eo, de elect. in 6. Sanctus Thomas in Quodlibet. 4. quæſt. 8. art. 15. ne alienentur ſine iuſta cauſa,

cauſa, & ſollemnitate requiſita à iure, iuxta cap. ſine exceptione 12. quæſtione 2. Extrauagan. Amb. de rebus Eccleſiae.

2 Siquidem per alienationem rerum Eccleſiæ illicitam, iratus Deus animas percutit, vt dicit textus in cap. Si quis preſbyterorum, de rebus Eccleſiæ, & maledicitur, qui hæc bona male diſpergit, cap. Indignè 12. q. 2.

3 Et Epiſcopus ſine cauſa alienans, tamquam fur, & latro debet deponi ab Epiſcopatu, cap. Siquis Epiſcopum, 10. quęſtione 2.

4 Innumerabilia ſunt exempla indignationis Dei contra occupatores bonorum Eccleſiæ, quorum aliqua referemus. S. Vigor Epiſcopus, teſte Surio, admonuit Bertulfum Comitem, vt agrum cuiuſdam Eccleſiæ, quem occupauerat, reſtitueret, aliàs Deum rogaſſet, vt ſuam hæreditatem defenderet, qui ſuperbia tumidus, ſanctis monitionibus non acquieuit, ſed conſcenſo equo perrexit ad agrum, vt eum excoleret, & repente deſcendens ab equo corruit, & fractis ceruicibus, expirauit.

Sanctus Domnolus Epiſcopus, teſte eodem Surio, admonuit quendam diuitem, vt reſtitueret poſſeſſionem quandam Eccleſiæ Sanctorum Geruaſij, & Protaſij, quam occupauerat, qui monitionem contemnens in febrem incidit, & quadam nocte viſus eſt videre matrem Domini ferreo malleo in fronte ipſum percutientem, quo ſomno perterrefactus, accerſiri fecit Sanctum Domnolum, ipſumque rogauit, vt bona occupata cum fœnore dictæ Eccleſiæ reciperet. Quidam Francus qui occupauerat villam Epiſcopatus S. Domnoli, cum ab illo admonitus, non reſipuiſſet, imò eieciſſet Epiſcopum ipſum admonentem, à villa prædicta, in qua epulas celebrabat cum ſua familia, incidit in morbum, & infelicem animam altero mane expirans, ſine precibus, & Eccleſiæ ſuffragijs, in biuio ſepultus eſt; quo miraculo ab omnibus oculatim viſo, redditæ ſunt multæ res alijs Eccleſijs, à pleriſque vſurpatæ.

5 Legitur in vita Sancti Adalberti Confeſſoris, regiſtrata

per Surium, quòd quædam Petronilla Comitiſſa Holandiæ, hortatu ſuorum familiarium fecit conferri quandam Abbatiam monaſterij diuitis, cuidam Aſſelino ſuo Cappellano, cum intentione, vt eius familiares liberè poſſent diſponere de bonis Monaſterij, quod infra breue tempus euenit; nam non ſolùm vſurpauerunt bona Abbatiæ, ſed, vt memoriam eius delerent, Eccleſiam etiam ſub prætextu, quòd erat parua, deſtruxerunt (res quidem mira) intra ſpatium vnius anni, omnes prædicti occupatores mortui ſunt, vna cum filijs, & cognatis, & omnibus affinibus.

In vita ſancti Auſtregiſili Archiepiſcopi, teſte eodem Surio, quidam milites Pipini Principis Franciæ, ignem miſerunt in domum Sancti Auſtregiſili, non obſtante monitione vicinorum, & ſtatim dæmones intrauerunt in corpora eorum, quorum aliqui in eaſdem flammas ſe proiecerunt, alij proprijs dentibus ſe lacerauerunt, & reliqui tamquam dementes adinuicem ſe trucidauerunt,& ſic miſerè omnes interierunt, qua re audita à Pipino fuit edictum, vt in futurun milites ſui bona Eccleſiæ, & ſeruorum Dei venerarentur, ô non occuparent.

Legitur in vita Sancti Remoli Epiſcopi, teſte eodem Surio, quòd cum quis occupaſſet bona cuiuſdam monaſterij,& blandis verbis admonitus à fratribus, non reſipiſcens, auſus fuiſſet ridendo iurare hoc modo: Sic in capite, & barba mea pili maneant, quemadmodum ego rectè aſſeuero hanc terram eſſe meam: ſequenti nocte vngues excerpuntur,piliq; à capite, & barba miraculosè auelluntur: & permulta alia miracula recenſeri poſſent, ſed ſatis ſit hæc retuliſſe. In vita Sancti Corbiniani Epiſcopi alia reperiuntur notatu digna, & in vita Sancti Amantij, & in vita ſancti Metriæ, & in vita ſancti Eligij, & in alijs locis, & hodie oculis, & manibus tanguntur, aſſiduæ deſolationes, & ruinæ familiarum vſurpantium bona Eccleſiarum.

6 Sunt enim bona Ieſu Chriſti, nec Epiſcopus poteſt dicere, hæc bona Eccleſiæ mea ſunt. C. Nulli. §. Si ergo 11. quæſtione 2. ſed ad particularia deſcendendo, Epiſcopus pro

con-

cõſeruatione bonorum Eccleſiæ aliqua obſeruare deberet, ni fallor.

Primò, vt ſæpè populo prædicet maledictionem, & excommunicationem quam incurrunt occupantes bona Eccleſiæ, notificando decretum Concilij Tridentini in cap. 11. Seſſ. 22. de reform. & aliorum Canonum, & tàm in viſitatione, quàm extra, bis, vel ter in anno deberet monere ſub pœna excommunicationis generaliter omnes ſcientes occupatores bonorum Eccleſiæ, & non reuelantes.

7 Secundò, licet de iure ſit dubium, an Epiſcopus teneatur facere inuentarium bonorum Eccleſiæ, vt per Abbatem in q. 3. tamen per bullam Sixti V. incip. Prouida, videtur determinata hæc quæſtio, cum in ea præcipiatur, quòd Epiſcopi teneantur facere archiuum, in quo cõſeruentur ſcripturæ, & inuentarium bonorum.

8 Tertiò, ſi ſcripturæ bonorum Eccleſiæ ſunt vetuſtæ, faciat Epiſcopus eas exemplari auctoritate Iudicis, citata parte, quia hoc caſu exemplum probat, cap. fin. de fide inſtrumentorum. Decius in authent. Si quis in aliquo, num. 9. C. de edendo, & ſemper eſt vtile, quòd ſcripturæ Eccleſiæ ſint in carta pergamena.

9 Quartò, quando locantur fructus Eccleſiæ de triennio in triennium, maximè eidem perſonæ, ſemper mandet Epiſcopus interuenire ſcripturam, tùm quia requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis, & d. cap ſine exceptione, tùm etiam quia, vt experimento compertum eſt, multi conductores rerum Eccleſiæ poſt longum tempus negauerunt rem eſſe Eccleſiæ, & cum non apparerent ſcripturæ, bona fuerunt amiſſa, textus not. in cap. ſæpe, & cap. longinquitate, 12. q. 2.

Quintò, quando Epiſcopus concedit in emphiteoſim res ſolitas concedi, quo caſu neceſſaria eſt euidens Eccleſiæ vtilitas, vt in Extrauag. Amb. hanc vtilitatem per ſeipſum, vel per perſonas timoratas, & doctas cognoſci faciat, & non per famulos, qui ſæpè decipiunt Epiſcopum pro vno obulo.

Sextò, Epiſcopus in viſitatione faciat ſemper deſcribi con-

fines bonorum Eccleſiæ, & reuideri terminos, & ſi opus eſt, terminos clariores poni.

Septimò, animaduertat, circa caſus, in quibus non poteſt de nouo concedere res ſolitas concedi in emphiteoſim, quos ponunt Doctores in cap. 1. qui feudum dare poſſunt, & nos retulimus in Praxi in cap. 78.

10 Octauò, animaduertendum, quòd Epiſcopus vendens rem Eccleſiæ non poteſt habere fidem de pretio, Bald. in l. in Ciuile, C. de rei vendicat. & tunc dicitur haberi fides de pretio, quando eſt actum, vt pretium ſoluatur ad certum terminum, nàm de pretio, quòd quis ſe ſtatim recepturum putauit, non dicitur haberi fides, l. 3. & ibi Bart. ff. de pignor. actio. Bertach. de Epiſcopo, lib. 4. par. 4. q. 42.

11 Nonò notandum, quòd Epiſcopus non debet vendere rem Eccleſiæ, niſi ei qui affert maiorem vtilitatem, & ideò res Eccleſiæ debent vendi ſub haſta, cap. ea enim, §. hoc ius, 10. quæſtione 2.

12 Decimò notandum, quòd Epiſcopus propria auctoritate poteſt apprehendere poſſeſſionem rerum Eccleſiæ malè alienatarum. §. de cætero, in auth. Vt de cætero com. rer. Eccleſiarum. Bertacch. de Epiſcopo, lib. 4. par. 4. q. 42.

13 Vltimò, omiſſis alijs, quæ per Rebuffum dicuntur in Compendio alienationis, & per Redoanum in tractat. de reb. Eccleſiæ non alienan. Notandum cenſui, quòd cũ Epiſcopus æquiparetur vſufructuario, gloſ. in cap. præſenti, de officio Ord. in 6. non poteſt incidere arbores fructiferas, l. æquiſſimum. §. fructuarium. ff. de vſufruct. niſi eſſet ſylua cædua, nemus, arundinetum, & aliæ arbores cæduæ, quæ per reciſionem ſunt in fructu, & renaſcuntur, l. diuortio. §. ſi fundum, ff. ſolut. matrim. l. ſylua cædua, ff. de verborum ſignificat. vel quando ex inciſione arborum fundus fit fructuoſior, vt ſi incidantur arbores nimis opacæ, quæ magnam vmbram afferendo nocent alijs, aut ſi ſunt nimis denſæ, vel ſi incidantur arbores fructiferæ, vetuſtæ, & corruptæ, l. agri, ff. de vſufruct. Nauarr. conſ. 6. de rebus Eccleſiæ. Cognoui Epiſcopum prudentiſſimum, qui priùs faciebat capi informationem, quòd arbores aruerant, & poſtea

manda-

mandabat incidi, ne inimici aliquid poſſent opponere: alia vtilia circa hanc materiam vide in Praxi, loc. cit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non exigat à Clericis, quod in iure non eſt expreſſum.*
2 *Iura Epiſcopalia quæ ſint.*
3 *Paſtor bonus, an ſecundum ius, & an valeat conſuetudo.*
4 *Charitatiuum ſubſidium quando poſſit exigi.*
5 *A quibus debetur.*
6 *An à pauperibus.*
7 *Quid ſi Epiſcopus habet amplum patrimonium.*
8 *Quæ ſit iuſta taxa.*
9 *An poſſit præſcribi.*
10 *Synodaticum an poſſit præſcribi.*
11 *Quarta decimarum præſcribitur.*

CAPITVLVM. LXXVII.

De tyrannide ab Epiſcopo fugienda, in grauando Clericos talleis, & exactionibus.

1 CAVERE debet Epiſcopus à tyrannide grauandi Clericos angarijs, perangarijs, talleis, exactionibus, exceptis iuribus Epiſcopalibus in ſacris Canonibus expreſſis, cap. cauendum, cap. cognouimus, cap. inter cætera 10. quæſt. 3. cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſibus, vbi dicitur, quòd parentes debent theſaurizare filijs, & non è contra, facit cap. dictum, diſt. 94.

2 Quæ autem ſint iura Epiſcopalia, habetur in cap. conquerente, de officio Ordinarij; videlicet, obedientia, ſubiectio, reuerentia, inſtitutio, deſtitutio, correctio, reformatio, cauſarum

cognitio, pœnitentiarum, & Sacramentorum collatio, Synodatici, ſeu Cathedratici nomine duo ſolidi, quarta decimarum, quarta mortuariorum, viſitatio, procuratio iuxta Eccleſiæ facultates, charitatiuum ſubſidium; ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, & vltra iſta iura, nihil Epiſcopus exigere debet, d.cap.conquerente.

3 Ex his patet, quòd nec ſub nomine paſtor bonus aliquid exigere poteſt, cum non reperiatur in ſacris Canonibus expreſſum. Sed an conſuetudo ſoluendi aliquid Epiſcopo ſingulis annis, vltra caſus prædictos ſit valida? Gloſſ. Præpoſitus, & magis communis in d.cap.cognouimus, dicunt valere immemorabilem, idem in longiſſima præſcriptione, quadraginta annorum dicit Præpoſitus ibidem, cum allegatione iuſtæ cauſæ, & in qualibet alia legitimè, & bona fide præſcripta, dicit Nauar.conſ. 3.de Cenſibus.

4 Cauſæ verò exigendi charitatiuum ſubſidium aſſignantur, nempè ſi debita Eccleſiæ vrgeant, & expenſæ nimis graues contractæ propter guerram pro iure Eccleſiæ tuendo exortam; pro magnis impenſis factis in litigando pro iuribus Eccleſiæ, pro expenſis factis in negotijs cõmunibus totius Diœceſis, pro ſolutione annatæ pro bulla Epiſcopi, pro electione Epiſcopi conſequenda; pro acceſſu Epiſcopi ad Papam, pro vtilitate Eccleſiæ, vel communi, vel ad viſitandum Limina, vel ad Concilium generale, vel Prouinciale, vel in aduentu Regis, qui hoſpitatur in domo ipſius Epiſcopi, vel cum agitur de recuperandis bonis Eccleſiæ, vel pro emptione Caſtri, vel oppidi, pro vtilitate, aut neceſſitate Eccleſiæ magna, ad expellendos hoſtes, vel pro ſumptuoſa fabrica Eccleſiæ, pro neceſſitate, ſed non pro ditanda Eccleſia, & pro alia iuſta, euidenti, & rationabili cauſa, quæ arbitrio Epiſcopi remittitur, vt dicit Gloſſ.in d.§.prohibemus, quos caſus refert Bellencinq.in tract. de charitatiuo ſubſidio per plures quæſtiones.Menoch. de arbitrar.caſu 178.

5 Eſt tamen notandum, quòd non debetur ſubſidium niſi à Beneficiatis tantum, quia in dicto cap. conquerente dicitur, quòd iſta exactio fiat ab Eccleſijs.

Et

6 Et non debet exigi à Clericis pauperibus, qui tales dicuntur, quando non habent aliud vltra victum, & veſtitum decentem. Bellenc. q. 30.

7 Nec debetur Epiſcopo habenti amplum patrimonium, Bellenc. quæſt. 44. Franciſcus Marcus quæſt. 472. Menoch. loco citato.

8 Quæ verò ſit iuſta taxa, & verior opinio eſt eſſe arbitrariã. Card. in Clem. 1. de exceſſibus Prælatorum, §. Nonnulli, num. 4. Boer. deciſ. 133. Menoch. caſu ſequenti 179.

9 Et charitatiuum ſubſidium non poteſt præſcribi, quia eſſet præſcribere contra charitatem. Bellenc. q. 45.

10 Sed an Synodaticum præſcribi poſſit? & poteſt præſcribi in partem, ſed non in totum, niſi per tempus immemorabile non fuerit in vſu, Enriquez de Bottis de Synodo Epiſcopi, 2. part. nu. 90. ex Abb. in cap. Paſtoralis, de donationibus.

11 Quarta verò mortuariorum, & decimarum poteſt præſcribi ſpatio quadraginta annorum, cap. de quarta, de præſcriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio ab Epiſcopo gratis danda.*

2 *Licentia ſtudendi gratis danda.*

3 *Licentia prædicandi gratis danda.*

4 *Ordines gratis conferendi, & dimiſſoriæ, & quid poteſt accipere Notarius, quid Magiſter cæremoniarum.*

5 *Epiſcopus ordinans, an poſſit aliquid accipere pro labore antecedente.*

6 *Epiſcopus, an poſſit aliquid accipere pro collatione beneficij, & quid Notarius.*

7 *Epiſcopus diſpenſans ſuper obſeruatione Feſtorum, an poſſit aliquid accipere pro oleo lampadis.*

8 *Epiſcopus pro Chriſmate conficiendo, an poſſit aliquid accipere pro balſamo.*

9 *Reconciliatio Eccleſiæ, cuius expenſis fieri debeat.*

10 *Epiſcopus in abſolutione ab excommunicatione, an poſſit exigere*

re pecuniam.

11 *Exigi quando aliquid poſſit pro ſigillo Epiſcopi.*

12 *Pœnæ pecuniariæ cui applicandæ.*

CAPITVLVM LXXVIII.

De auaritia vitanda ab Epiſcopo in exigendo, quod ſibi non debetur, ratione officij paſtoralis.

VIGILARE ſummoperè debet Epiſcopus, nè in aliud genus auaritiæ incidat, exigendo à ſubditis, quod ſibi non debetur ratione officij paſtoralis, & vltra tradita ſupra cap. 20. eſt notandum.

1 Primò, quod Epiſcopus nihil poteſt accipere pro quauis diſpenſatione. Concil. Trid. cap. 18. Seſſ. 25. de reform.

2 Secundò, nec pro licentia ſtudendi. Conc. Trid. cap. 1. Seſſ. 22. de reform.

3 Tertiò, nec pro licentia prædicandi. Conc. Trid. cap. 2. Seſſ. 5. de reform.

4 Quartò, nec pro collatione Ordinum, vel dimiſſorijs, aut pro ſigillo etiam ſponte oblatum. Notarius verò vbi adeſt conſuetudo aliquid recipiendi, poteſt recipere decimam partem auri, dummodo non habeat ſalarium de publico, & Epiſcopus nullum commodum percipiat per viam Notarij, cap. 1. Seſſ. 21. de reform. ſuper quo declarauit ſacra Congregatio, quòd Epiſcopus ordinans, neque forfices, neque tobaleas, nec pectines recipere poteſt, ſed tantum candelam, & ſic patet, quòd aureus debitus Notario, non poteſt diuidi ab Epiſcopo, & pars eius applicari famulo pro ſalario. Sed an Magiſter cœrimoniarum, qui adiuuat Epiſcopum ordinantem, & non habet ſalarium de publico, poſſit aliquid accipere, ſaltim tobaeas,

Digitized by Google

leas, & pectines? & dicendum eſt, quòd non, ex cap. 1. & ibi not. Abbas de Simonia. Clariùs in Conc. Trid. d. cap. 1. ibi, Aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant.

5 Sed quid ſi Epiſcopus inuitetur ad conferendum ordines in alia diœceſi, an pro labore antecedente in itinere poſſit aliquid percipere, & non pro concomitanti, ſeu pro actu conferendi, ſicut poteſt quilibet Sacerdos aliquid accipere, pro labore antecedenti adminiſtrationis Sacramentorum, vt tradit Sotus de iuſtitia, & iure lib. 9. q. 6. art. 1. & videtur ita ab Epiſcopo fieri poſſe, cum non pro collatione aliquid accipiatur, ſed pro itinere, quòd Canones non prohibent, & ita tenet Archid. in cap. ſtatuimus 1. q. 1. dicens, quòd Epiſcopus pro actu viſitandi, vel conſecrandi, nihil exigere poteſt, ſecùs tamen pro labore viæ, & in cap. Si Epiſcopus, de off. ord. in 6. dicit, quòd Epiſcopus debet habere expenſas ex diœceſi, vel parochia aliena, ad quam inuitatur ad Clericos ordinandos, conſecranda altaria, & alia paſtoralia munera obeunda.

6 Quintò, non poteſt Epiſcopus aliquid accipere pro collatione beneficiorum, nec ſubſcriptione, aut ſigillo, non obſtante quauis conſuetudine. Nauar. conſ. 7. de Simonia, ex Conc. Trid. cap. 1 Seſſ. 14. de reform. cap. ex multis, 1. q. 3. Sed ſi Notarius non habet ſalarium, poterit pro litteris accipere vnum aureum ex declaratione ſacræ Congregationis Concilij, quã refert Pariſius de Confidentia q. 28. num. 117. Sed ſi ex conſuetudine fructus primi anni ſint conuertendi in fabricam Sacriſtiæ, poteſt Epiſcopus illos exigere, dummodo non exigat niſi redditus ſex menſium dicti primi anni, ex bulla Pij V. Durum nimis. Valeret tamen conſuetudo, quòd Canonicus, Diaconus, vel Subdiaconus percipiat tertiam, vel quartam partem fructuum, donec aſcenderit ad Sacerdotium, quia hæc cõſuetudo eſt rationabilis, ad augumentum cultus diuini, nec à Concilio abrogatur.

7 Sextò dubitatur, An Epiſcopus poſſit concedere licentiam metendi, ſeminandi, laborandi in diebus feſtiuis ſine neceſſitate, dummodo aliquid ſoluant fideles Eccleſiæ Cathedrali pro oleo lampadis? & dicimus Epiſcopum, qui hoc faceret

gra-

grauiter errare, & non eſſet aliud quàm vendere feſta, & pecuniam accipere pro offenſis Dei, quia talis licentia non debet concedi ſine neceſſitate, cap. 1. cap. Conqueſtus, de ferijs, vt ſi dilatio eſſet allatura damnum propter timorem pluuiarum, vel aliam cauſam, Abb. in cap. licet de ferijs, qui textus non obſtat, quia in eo habetur ratio ad lucrum tranſitorium, vt piſcatio tymnorum, aleciarum, & ſimilium piſcium, qui certis diebus adueniunt, & conſideratur etiam neceſſitas alimentorum, vt notat Abb. ibi: Sed an quando conceditur licentia propter neceſſitatem, poſſit aliquid exigi? Abbas in d. cap. licet, num. 4. dicit, quòd ſic, conuertendum tamen in vtilitatem Eccleſiæ, quod cenſeo verum, dummodo non exigatur ante laborem, & fructus perceptos, iuxta terminos d. cap. licet, ſed ſi adeſſet timor litis in exigendo, puto poſſe exigi ante laborem ex Caiet. in verbo, Simonia, & Nauar. cap. 23. num. 106. Sed Vicarius, aut Epiſcopus non poterunt aliquid accipere pro licentia, quia diſpenſatio eſt gratis danda, vt ſupra dixi.

8 Septimò, non poteſt Epiſcopus aliquid accipere pro Chriſmate faciendo ratione olei, non obſtante conſuetudine, cap. ea quæ, de Simonia.

9 Octauò, Epiſcopus pro reconciliatione Eccleſiæ debet habere expenſas ab eo, qui illam polluit, qui ſi ignoratur, recurrendum eſt ad conſuetudinem & ſtatutum, quibus deficientibus, Parochiani, & Rector debent procurare Epiſcopum, ſed in omnium defectum debet Epiſcopus ſuis expenſis ire ad reconciliandum, ita Abbas in cap. Propoſuiſti, de conſ. Eccleſiæ, vel altaris, quod intellige in Eccleſia conſecrata, quæ requirit reconciliationem Epiſcopi, ſecùs in benedicta tantum, quia poteſt reconciliari à ſimplici Sacerdote, cap. fin. eodem tit. nec debet expectari Epiſcopus, Abbas ibi.

10 Nonò, Epiſcopus pro abſolutione ab excommunicatione nihil poteſt exigere, ſed poteſt excommunicato abſoluendo imponere pœnam pecuniariam, & illam exigere ante abſolutionem, ſed non ſibi retinere, licet honeſtius ſit, quòd exigatur poſt, Hoſt. Card. Felin. & cõmunis in c. Ad aures, de Simon.

Deci-

11 Decimò notãdum, quòd pro ſigillo Epiſcopi poteſt aliquid moderatum exigi. Clementin. ſtatutum, de elect. quod intelligitur quando apponitur ad vſum cauſarum, vel cõtractuum, ſed non in collatione beneficiorum, aut aliorum ſpiritualium. Gloſſ. Card. in d. Clement. facit Concil. Tridentin. d. cap. 1. Seſſ. 14.

12 Vlterius notandum, quòd pœnæ pecuniariæ ſunt per Epiſcopum pijs locis applicandæ. Conc. Trid. cap. 3. Seſſ. 25. de reformat. quod non diſtinguit, an ſint impoſitæ per ſententiam, vel per ſtatutum, iuxta notata in cap. Irrefragabili, de officio Ordinarij. Si tamen Epiſcopus euidenter indigeret, videretur quòd poſſit illos ipſi applicare, ex dictis per Cardinalem in Clementina. Ad noſtrum, de hæreticis, per Felinum, & alios in d. cap. Irrefragabili, ſed melius eſſet ad tollendam omnem ſuſpicionem, vt erogaret pauperibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi cura circa carceratos.*
2 *Epiſcopus quando debeat redimere carceratos iniuſtè.*
3 *Viaticum poteſt dari condemnatis ad mortem, etiam non ieiunis.*
4 *Epiſcopus poteſt prohibere laicos Iudices inferentes reis inexcogitata tormenta, vt illos inducant in deſperationem.*
5 *Suſpenſus in patibulo, ſi fracto laqueo cadat in terram, an poſſit iterum ſuſpendi.*
6 *Miracula Chriſti ſunt ex omni parte perfecta.*
7 *Suſpenſi in patibulis, non ſunt ſepeliendi ſine licentia Iudicis ſæcularis.*
8 *Confeſſarij carceratorum debent eſſe doctiſſimi.*
9 *Reus iuridicè interrogatus, debet fateri veritatem, etiam cum periculo vitæ.*
10 *Rei de ſe confeſſi, quando teneantur reuelare complices.*
11 *Reus, qui ducitur ad ſupplicium debet reſtituere famam, ſi dolore tormentorum alios infamauerit, confitendo crimen, quod non commiſit, & tendit in præiudicium ſuæ familiæ.*
12 *Epiſcopus debet habere curam ſeruientium in triremibus.*

Epi-

13 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in mari per centum milliaria, & viſitat Cappellanos triremium.*

CAPITVLVM LXXIX.

De protectione Epiſcopi carceratorum in Curia ſæculari.

1 CVM Epiſcopus omnia pietatis opera præ alijs exercere debeat, 42. diſt. in ſumma omni ſtudio vigilare debet circa carceratos, iuxta verbum Domini: In carceribus eram, & non viſitaſtis me: illi enim quamuis diuites ſint, ſolent ab amicis, & conſanguineis derelinqui, & quandoque ſpiritualibus priuantur; vnde in l. Iudices. C. de Epiſcop. audient. habetur, quòd ad Epiſcopum ſpectat prouidere, ne carcerarij inhumaniter tractent carceratos, & in cap. non ſatis 86. diſt. dicitur: grandis culpa eſt Epiſcopi, qui in carcere poſitum paſſurum ſupplicia ob impotentiam ſoluendi, non redimit. & loquendo de carceratis à Curia ſæculari aliqua adnotabimus.

Primò, quòd Epiſcopus debet viſitari facere carceratos ſæpe, & ſi indigent, opus miſericordiæ, cum illis implere, vt diximus de eleemoſyna cap. 17.

2 Secundò, ſi aliquis innocens reperitur carceratus, quem ſcitur eſſe innocentem, & ſi non ſoluat debita, paſſurus eſt pœnas, debet redimi ab Epiſcopo, ſi verò eſt iuſtè carceratus; vt quia furatus fuit rem, & de neceſſitate non debet redimi, quia ſi non habet in ære, luet in corpore; ita Turrecrem. in cap. Non ſatis. Sanctus Epiphanius ex redditibus Eccleſiæ liberabat carceratos. Neapoli adeſt inſignis Confraternitas S. Mariæ Succurre miſeris, quæ condemnatis ad ſupplicium miniſtrat Sacramenta, hortatur ad bene moriendum, & quolibet Sabbato expendit non modicam pecuniæ quantitatem in liberatione carceratorum pauperum, qui eo tempore à iu-

dicibus

dicibus ſæcularibus viſitantur.

Tertiò, debet Epiſcopus mittere ſæpè Prædicatores,& Cõfeſſarios ad carceratos, vt dum corpus eſt carceratum, ſaltim anima ſit libera, & ſpecialiter curam habere, nè condemnati ad ſupplicium decedant ſine Sacramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, compellendo iudices laicos per cenſuras,ſi opus fuerit, Clem. 1.de Pœnitentijs,vbi gloſſ.

3 Et viaticum poteſt illis dari etiam non ieiunis, iuxta veriorem opinionem, quia dùm non adeſt aliud tempus, vt quia iuſtitia ad aliorum terrorem fit eodem die delicti, inſtare dicitur articulus mortis, niſi ratio irreuerentiæ aliud ſuaderet, vt ſi ſtatim poſt Communionem eſſet ſuſpendendus. Nauarrus conſil. 40. de pœnitentijs, ſaltim poſt horam, vel dimidiam.

4 Ex eadem Clementina deducitur, quòd ſi Iudex laicus,taliter cruciet reum,infligendo tormenta acerrima,vt ferè inducat in deſperationem, & non poſsit Sacramentum Pœnitentiæ, vt debet ſuſcipere, poterit Epiſcopus illum impedire,nàm permiſſo Sacramento Pœnitentiæ, cenſentur permiſſa omnia antecedentia, l.ad legatum.ff.de procuratoribus, cap. Pręterea,de officio delegati, & anima eſt pretioſior corpore, quæ non eſt in poteſtate Iudicis ſæcularis. Sed Epiſcopus eſt Iudex animarum, gloſſ.in Sum. diſt.36. & tenetur ponere vitam pro ſalute vnius animæ,iuxta Euangelium;& ſi leges Principis ſæcularis contrariæ ſaluti animarum non valent, cap.fin.de præſcript. cap.penult. & fin. de ſecundis nuptijs, tanto minùs valebit ſententia Iudicis. Pręclarum exemplum nobis præbet Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.Marianus Perbenedictus Cardinalis Camerinus, omnigena virtute, omnibus clariſsimus, mihi verò multis nominibus obſeruantiſsimus: cũ enim eſſet Epiſcopus Martoranenſis, & in eadem Ciuitate duceretur ad ſupplicium quidam reus, candentibusque forcipibus diſcerperetur, nec adeſſet qui illum ad bene moriendum adiuuaret, ipſe Antiſtes huiuſcemodi charitatis officium impendit: cumque dictus reus impatienter tale tormentum ferret, vt planè deſperaret, monuit Epiſcopus Iudicem contentus

tus eſſet vltimo ſupplicio, & forcipum vexationem relaxaret, nè anima rei damnaretur. Renuit aſſentiri Iudex, at ille in hæc memoranda verba prorupit: Ego è longinquiore regione pro ſalute animarum hûc me contuli, & ſum Iudex animarũ, tu verò corporis tantum, & intendis huius animam immanibus tormentis in interitum pertrahere: ſi renuis, ego mea auctoritate iubeo, vt omninò forcipes amoueantur. Quibus verbis Iudex perterritus, eas amoueri mandauit, exemplum certè ſummæ charitatis, & fortitudinis perenni memoria dignum.

5 Quintò, cùm Epiſcopus teneatur defendere innocentem, qui ducitur ad mortem; oritur dubium de ſuſpenſo in patibulo, qui fracto laqueo cadit in terram antequàm innocens ſit defendendus, vt iterum non ſuſpendatur, quaſi miraculosè eius innocentia oſtenſa fuerit, & non debere ſuſpendi, dicunt Lucas de Penna in l. 1. C. De tortoribus, Tiraquel. de pœnis, cauſa 64. aliqui dicunt eſſe inſpiciendum, ſi ſuſpenſus ceciderit ſanus, & præſumitur miraculum, secùs ſi in aliqua parte corporis læſus.

6 Nam miracula ſunt ex omni parte perfecta: numquam enim Chriſtus aliquem ſanauit, quem non in totum liberauerit ab infirmitatibus mentis, & corporis, cap. ſunt plures, de pœnit. diſt. 3. Diuus Thomas in 3. par. quęſt. 44. art. 3. in ſolutione ad ſecundum. Vnde in hoc caſu Epiſcopus adhibitis Theologis, & Iuriſperitis, rem maturè diſcutiat, antequam procedat, iuxta Conc. Trid. Seſſ. 25. de inuocatione, & veneratione Sanctorum.

7 Sextò, ſuſpenſi in patibulo non ſunt ſepeliendi ſine licentia Iudicis ſæcularis, l. 1. 2. & 3. ff. de Cadaueribus punit. quã tamen petitam facilè concedere debet, nam Pilatus conceſſit ſepeliri corpus Ieſus, Gloſſ. in d. Clem. 1. & ideo poterit Epiſcopus poſt aliquod tempus, conſiderata facti qualitate, petere, vt talium cadauera ſepeliantur, ſi pœnitentes deceſſerint, vt Neapoli ſeruatur, nàm Confratres ſupradictæ Congregationis bis in anno, ſcilicet in die Commemorationis Defunctorum, & in feria ſecunda hebdomadæ ſanctæ, cum magna deuo-

deuotione ſepulturæ tradunt cadauera punitorum.
8 Septimo memor eſſe debet Epiſcopus, vt Confeſſarij carceratorum in Curia ſæculari maximè eorum, qui verſantur in periculo vitæ ſint doctiſſimi propter reſtitutionem famæ, bonorum, & veritatem fatendam Iudici.
9 Quocirca eos latere non debet, quòd reus non eſt abſoluendus qui interrogatus à ſuo Iudice, iuridicè, nempè, præcedenti fama, aut ſemiplena probatione, vel alijs indicijs, non vult fateri veritatem, etiam cum periculo vitæ S. Thomas communiter receptus 2. 2. quæſt. 69. art. 1. Sotus de ratione tegendi 2. q. 7. Nauarrus c. 1. 25. nu. 35. ſed iſta probatio ſemiplena, aut alia indicia, debent eſſe poſita in proceſſu, & notificata reo, Caiet. ſupra d. art. 1. D. Thomæ, Sotus, & Nauarrus loc. citatis, qui concludunt, quòd ſi reus interrogatus iuridicè nõ reſpondet veritatem, & ducitur ad ſupplicium, poteſt abſolui, nec tenetur amplius dicere veritatem Iudici ex ſe: propterea cauti Confeſſarij nolunt audire confeſſiones carceratorum torquendorum, ſed expectant quod prius torqueantur, & deinde eos audiunt, quia tunc licet veritatem non dixerint in tortura, non tenentur ex ſe adire Iudicem pro veritate dicenda, & ſatis eſt quod pæniteant.
10 Secundo non ſunt abſoluendi rei de ſe confeſſi, qui etiam non interrogati, non reuelant Curiæ ſæculari complices, quos credunt paratos ad committenda delicta in damnum reipublicæ, vt ſunt latrones, falſificantes nummos, Hæretici, Striges & ſimiles, & Confeſſarij eos non monentes, vel abſoluentes, non facta reuelatione peccant, Sotus vbi ſupra q. 6. concl. 4. Nauarr. c. 18. nu. 58.
11 Præterea ſi aliquis reus propter dolorem tormentorũ contra veritatem confeſſus fuerit crimen quod continet infamiã aliorum, vel ſuæ familiæ, Confeſſarij prudentes, moneant illum, dum ducitur ad ſupplicium, vt declaret coram teſtibus ſe mendacium dixiſſe, vi tormentorum, quia nemo eſt Dominus ſuæ famæ, quando infamia alijs nocet, Nauarr. c. 18. num. 28. Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 66. quam declarationem rei ſolet ſcribere Confeſſarius, & indigenti ea dare

copiam, quia iſta exculpatio multum iuuat alios inquiſitos, Hippol. conſ. 109. Grammat. not. 3. Antonius de Nigris ſuper c. Regni. 107. & alia debent ſcire prædicti confeſſarij carceratorum, maximè circ areſtitutionem, cum ſæpè non habeant tempus reuoluendi libros, & ſatis ſit hæc pauca magis frequentia memoraſſe.

12 Præterea memor eſſe debet Epiſcopus condemnatorum ad triremes, qui ſunt perſonæ miſerabiles, & vt plurimum in graui indigentia ſpiritualium, vt ad eos mittat Confeſſarios, Prædicatores, & ſæpè per Parochum viſitari faciat:

13 Nam in mari ſuæ diœceſi adhærenti habet iuriſdictionem per centum milliaria, Bertacch. de Epiſcopo lib. 4. part. 6. q. 34. Felin. in c. Rodulfus de reſcriptis, & poteſt viſitare Cappellanos triremium niſi priuilegium obſtet, Nauarr. in conſ. 4. de foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati, pauperes, Epiſcopi impenſis ſunt defendendi.*
2 *Carcerati quando ab Epiſcopo ſint alendi.*
3 *Carcerati pro cauſis ſanctæ fidei benignius alijs tractandi.*
4 *Clericorum cauſa celeriter expedienda.*
5 *Epiſcopus debet ſæpè viſitare carceratos.*
6 *Peccat grauiter Epiſcopus non procurans, vt viduarum cauſæ celeriter expediantur.*
7 *Viduæ ſi litigent coram Iudice ſæculari, debet Epiſcopus procurare expeditionem etiam ſuis impenſis.*
8 *Epiſcopus poteſt excommunicare Iudicem laicum nolentem expedire cauſas miſerabilium perſonarum.*
9 *Epiſcopus ſeu eius Vicarius debet à principio conari reducere partes ad concordiam.*
10 *In cauſis matrimonialibus, quo ad ſeparationem ſenſatim procedendum.*

CAP.

CAPITVLVM LXXX.

De protectione carceratorum in curia Eccleſiaſtica, & celeri expeditione cauſarum.

MEMOR eſſe debet Epiſcopus carceratorum in curia Epiſcopali,& vltra prædicta in præcedenti Capitulo de Sacramentis, Confeſſarijs, & Prædicatoribus, quos ad eos mittere debet hęc pauca adnotanda cenſui.

1 Primo quia multi pauperes carcerati ob paupertatem habent teſtes fiſci pro repetitis, vel aliàs non ſe defendunt, debet Epiſcopus ex officio illos defendere, mandare quòd teſtes repetantur, defenſiones quaſcunq; faciant,& omnia acta fiãt gratis ex l. & ſi non defendantur ff. de pœnis,niſi aliter iudicauerit expedire, vt ſi delictum inquiſiti ſit clarum: mandabit etiam prouideri de Aduocato,qui gratis patrocinetur iuxta l. prouidendum C. de poſtulando.

2 Secundò, carcerati pauperes pro cauſis criminalibus ſunt alendi ab Epiſcopo, ſi vero pro ciuilibus à creditoribus, qui niſi miniſtrent victum,poſſunt liberari, Afflic.deciſ.71.

3 Tertiò, carcerati pro cauſis ſanctæ fidei ſunt benignius cęteris tractandi in victu, & alijs commoditatibus, ne inducantur in deſperationem,& quia ſi habent in mente aliquam prauam opinionem, facilius reſipiſcunt, agnoſcendo charitatem Catholicorum,& debent retineri in carceribus ſecretis ſeparatis ab alijs,& ita ſeruatur in carceribus,ſcilicet generalis Inquiſitionis Vrbis.

4 Quartò, quia ex carceratione Clericorum, & litibus quæ oriuntur inter eos,non parum diminuitur cultus diuinus,nàm negotijs ſæcularibus implicati,de Deo non cogitant diſt. 86. per totum, vix enim officium cum deuotione perſoluunt, & quàmplura vitia in carceribus apprehendunt, vigilare debet Epiſcopus circa expeditionem cauſarum eorum criminalium, & ciuilium; quod multis retrò annis cogitauerunt Laici, de-

cernentes quòd cauſæ Clericorum ſine ſcriptura deciderentur, & criminales intra duos menſes expedirentur, ita habetur in Nouella Conſtitutione. Si quis Clericum in ius vocare maluerit; eſt enim ſummè commendandum ſi lites ciuiles Clericorum ſine ſcriptis expedirentur, prout vidi aliquos Iudices facere, qui vocatis Clericis coram ſe, eos induxerunt ad fatendum veritatem, & ſtatim ex eorum confeſſione ſententiam protulerunt. Epiſcopus vero, qui non occupatus non vult expedire Clericum, vt eum carcere iniuſtè vexet, ſine dubio incurrit in excommunicationem ex. c. ſi Clericos, de ſententia excommunicationis in 6. latam contra detinentes carceratos Clericos iniuſtè. Iura enim mandant celeriter cauſas expediri c. Iurgantium, de ſent. & re iud. & ſatis dicitur iniuſtus carcer, cum poteſt expediri, & non expeditur: Nec biennium datum à Conc. Trid. ad expediendum cauſas c. 20. ſeſſ. 24. de reform. debet intelligi cum grauamine, & vexatione aliorum, ſine iuſta cauſa, vt in fortiori caſu dicit textus in c. Paſtoralis, in principio, de appellationibus.

5 Quintò, ſi Iudices laici tenentur viſitare carceratos l. nemo C. de Epiſcopali aud. & ſolent illos viſitare ſingulis Sabbatis, tantò magis Epiſcopus, qui eſt pauper pauperum, per ſe vel alium id facere debet, prout in Vrbe ſeruatur, & habetur in Conc. Aurelian. anno 580. vidi quendam Epiſcopum ſingulis diebus viſitantem carceratos, eorum notam legendo, vt quos poſſet, quamprimum expediret: & in viſitatione debet prouidere, nè carcerati inhumaniter à carcerarijs, vel alijs tractentur l. Iudices. C. de Epiſcopali aud. vt non retineant arma, audiant miſſam ſingulis feſtis, & confiteantur ſua peccata ſæpè, & ſi aliqui inſolentes fuerint, & rixoſi ictibus torturæ corripiantur, & pueri maneant in carceribus ſeparatis.

7 Sextò, viduarum, & aliorum pauperum cauſæ ſunt præ ceteris expediẽdæ celeriter, aliàs Eps grauiter peccat, Med. de pœnit. lib. 1. c. 16. §. 1. vnde Bernardus ad Eugeniũ lib. 1. c. 9. ſic loquitur: Cauſæ grauiores, quas ad te intrare neceſſe eſt, aſſueſce breuiter decidere, prçcidẽs fruſtratorias, & venenatorias dilationes; nihil. n. ita abſq; labore manifeſtã facit veritatẽ, vt

breuis

breuis, & pura narratio: Cauſæ viduæ intrent ad te, cauſæ pauperis, & eius qui non habet, quod det. Vnde Salomon Prouer. 31. Aperi os muto; ideſt, allega tu iuſtitiam pro illis, qui neſciunt per ſe loqui, vel non habent Aduocatum, aut pecuniam. Singulare eſt exemplum Marci Antonij Imperatoris Pagani, qui dũ è vita migraret lacrymas fundebat, ex quo cauſam cuiuſdam viduæ (Druſiæ nomine) non expedierat, timens, ne propter eius paupertatem non poſſet inuenire, qui iuſtitiam miniſtraret. Et ſi cauſæ viduarum, & miſerabilium perſonarum ſint in curia ſæculari, debet Epiſcopus ſuis impenſis illas defendere, vt tradit Margarita decreti in verbo, Cauſa, verſ. 9. per textum in cap. licet 87. diſt.

8 Et ſi Iudices laici nollent viduarum, & miſerabilium perſonarum, & Clericorum querimonias audire, debent per Epiſcopum moneri, cap. Adminiſtratores 23. quæſt. 5. & ſecundum Gloſſam ibi, ſi hoc non faciunt ſunt ipſo facto excommunicati; ſed alij tenent contra Gloſſam, quòd poſſunt tantùm excommunicari. Vnum dicit Turrecrem. in d. tex. quòd tales Iudices infideles appellantur. Iſai. 1. Principes tui infideles populo non iudicant, & cauſæ viduæ non ingrediuntur ad eos. Addens, quod nec requiſiti, ſed ex officio id facere debent.

9 Septimò, circa alias lites quorumcumque debet Epiſcopus, vel eius Vicarius à principio conari reducere partes ad concordiam, cap. 1. vbi Gloſ. in verbo, Concordia, de mutuis petitionibus. Doctores in cap. 1. de treg. & pace, & ſi non potuerit, faciat celeriter expediri lites, d. c. iurgantium.

10 Vltimò animaduertẽdum circa cauſas matrimoniales, quoad ſeparationem, quæ vt plurimum mouentur ex odio; nam coniuges qui ſe amant, non petunt ſeparationem, ſed diſpenſationem, ſi adeſt aliquod impedimentum, & proinde Epiſcopus debet cũ grauitate procedere, & non celeriter. cap. Porrò, de Sponſalibus, quia partes ſolent concordari, & euitantur nonnulla mala, de quibus aliqua inferius dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Epiſcopi non debent eſſe contemptibilia.*
2 *Statutum Epiſcopi, excommunicans ludentes ad Azardum valet.*
3 *Statutum Epiſcopi excommunicans mulieres vtentes fucis, an valeat.*
4 *Statutum Epiſcopi, quòd renuncient proprijs qui ordinantur minoribus, an valeat.*
5 *Statutum Epiſcopi, quòd vltima nocte Carniſpriuij non fiant laruæ non valet.*
6 *Statutum Epiſcopi tollens peccata venialia, an valeat.*
7 *Statuta Epiſcopi non debent frequenter continere pœnam pecuniariam.*
8 *Statuta Epiſcopi in præiudicium inferiorum non valent.*
9 *Nec contra Canones, ſed præter ius ſit, vel adiuuando, aut declarando ius dubium.*
10 *Statuta multa non ſunt facienda.*

CAPITVLVM LXXXI.

De vigilantia Epiſcopi in condendis ſtatutis.

1 MEMOR eſſe debet Epiſcopus, & vigilare circa ſtatuta, quæ facit, vt diſcretè procedat, & non ſtatuat, niſi ſuper neceſſarijs, nec faciat ſtatuta contemptibilia, vel quibus animæ illaqueantur; nàm qui nimis emungit, elicit ſanguinem, text. not. in cap. Denique, diſtinct. 4.

2 Vnde iuxta Federicum conſ. 2. valet ſtatutum Epiſcopi excommunicans ludentes ad Azardum, & iuxta Ioan. And. in reg. ea, quæ in mercurialibus.

3 Valet ſtatutum Epiſcopi excommunicans mulieres vtentes fucamentis, vel ornamentis vltra certam menſuram, & iuxta

Archid.

Archid. in cap. Certè, per illum textum 12. q. 1.

4 Epiſcopus poteſt ſtatuere, ne quis ordinetur minoribus, niſi proprijs renuntiet, & caſtitatem promittat, quia licet opinio Archid. & Ioan. Andr. non mihi placeat, ab his tamen, & ſimilibus edictis ſine grauiſſima cauſa cauere debet Epiſcopus; quia animę illaqueantur, & redduntur contemptibilia, d. cap. Denique.

5 Hinc pluribus probat Neuizanus in Sylua nuptiali, in verb. monitoriæ, num. 71. & ſeq. non debere Epiſcopum ſtatuere, quòd in vltima nocte Carnispriuij non fiant laruæ; eſt enim difficile temperare iuueniles calores, l. 1. §. filijs. C. de bonis quę liberis. Beatus Carolus Borromeus, publica ſpectacula, commeſſationes, choreas, & alias vanas populi voluptates, tẽpore Carnispriuij tollere conabatur diuerſis ſtudijs, & actionibus ſpiritualibus eos diuertendo, inſtitutis ſupplicationibus per ciuitatem ad diuerſas Eccleſias, Clero præeunte, populo ſubſequente, aliquandò adhibitis publicis flagellationibus, cõmunicando etiam populum proprijs manibus.

6 Pręterea dicit Sotus de ratione tegendi membro 2. quęſt. 2. concl. 3. quòd Prælatus qui poſſet plebem ſuam à leuibus iuramentis purgare, vel ab alijs conſuetudinibus peccandi venialiter, tenetur id facere ſub peccato mortali, nàm Prælatis ex officio incumbit cura boni publici, & ideò tenetur notabile damnum publicum ſub reatu mortali purgare, ſi poteſt, quoniam peccata venialia, quamuis in ſingulis perſonis non ſint notabile damnum, tamen quando ſunt frequentia in Republica, magni momenti eſt illa extirpare, ita Sot. Sed ſalua auctoritate tanti viri in praxi potius illaquearet ſtatutum, ſi tamen magnum adeſſet ſcandalum, nempè illorum qui ex mala conſuetudine, & praua intentione blaſphemant frequentiſſimè animas mortuorum, non eſſet error ſequi eius opinionem.

7 Nec etiam ſtatuta Epiſcopi, debent frequenter continere pœnas pecuniarias, quia ſapiunt auaritiam, cuius ſuſpicio ab Epiſcopo abeſſe debet, cap. Cum ab omni, de vita, & honeſtate Clericorum, Abbas notab. in cap. irrefragabili, cap. cæterum, not. 3. de officio Ordinarij, ſed poteſt imponere Epiſco-

pus pœnam arbitrariam, & poſtea exigere quam magis iudicauerit expedire, & applicare locis pijs.

8 Nec etiam Epiſcopus poteſt facere ſtatuta in præiudicium inferiorum, cap. veſtra, de locato.

9 Nec contra ius Canonicum, cap. quod ſuper his, de maior. & obed. Sed tantum præter ius, vel adiuuando ius per augumentum pœnæ, vel declarando ius commune dubium, vel abſente Papa, qui conſuli non poteſt neceſſitate imminente, vt poſt alios latè tradit Felinus in d.cap. Quod ſuper his. Statuta multa non debet Epiſcopus facere, vnde Chryſoſtomus ſuper Matth. cum Epiſcopo loquens: Circa vitam tuam eſto auſterus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem. & Bernardus: Quid iugum veſtrum ſuper eos aggrauatis, quorum onera potiùs portare deberetis.

10 Gulielmus Peraldus Epiſcopus Lugdunenſis in ſua Aurea Summ. vitiorum & virtutum, de Superbia, pluribus probat debere Prælatos abſtinere à multitudine præceptorum. Synodi tamen Diœceſan. & Prouinciales omitti non debent, de quibus celebrandis fuit valde ſollicitus Beatus Carolus Borromeus.

SVMMARIVM.

1 *Peccat mortaliter Epiſcopus non habens cuſtodiam Sanctimonialium.*

2 *Epiſcopus poteſt excommunicare accedentes ad monaſteria Sanctimonialium exempta.*

3 *Epiſcopus, aut ſui domeſtici familiaritatem cum Monialibus fugere debent.*

CAPI-

CAPITVLVM LXXXII.

De vigilantia Epiſcopi circa ſanctimoniales.

1 PECCAT mortaliter Epiſcopus, qui curam Sanctimonialium culpabiliter omittit, vt habetur in Concilio Tridentino cap. 5. Seſſ. 25. de Regul. facit diſt. 82. in Summ. & cap. 1. diſt. 84.

2 Et poteſt Epiſcopus pro cuſtodia Sanctimonialium excommunicare per ſtatutum omnes accedentes ad monaſteria earum, etiam exempta ſubdita Regularibus. Gemin. Franchus in cap. 1. de ſtatu Monialium in 6. Angel. in verb. Statutum 3. Silueſt. in verb. excommunicatio 2 num. 3. Henriquez de Synodo Epiſcopi par. 3. art. 1. concluſ. 13. num. 40. Rolandus à Valle conſ. 33. volum. 3. Azorius lib. 5. Inſtitut. Moral. cap. 5. quod latius probauimus in Praxi cap. 32. ad vnum.

3 Diligenter Epiſcopus animaduertere debet, quòd ipſe, aut ſui familiares, tamquam peſtem fugiant familiaritatem cum Monialibus, monet Hieronymus in reg. mon. cap. 18. dicens: quòd licet Epiſcopus ſanctus ſit, tamen homo eſt animal debile: etiam aduertit Cardinalis Contarenus de officio Epiſcopi lib. 2. Nam ſaltim ſcandalo offendent Chriſtifideles, nevè illis contingat, quod legitur de infeliciſſimo Vdone Epiſcopo S. Mauritij in Saxonia, cuius hiſtoriam, tamquam omnibus notiſſimam non refero. Et ideò & ſtrictam familiaritatem, & ſuſpecta colloquia fugere debet, Hieronymus vbi ſupra. Sanctus Auguſtinus monaſteria fœminarum non niſi vrgentibus neceſſitatibus viſitabat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus non vigilans, vt falſa miracula non publicentur.*
2 *Publicans falſa miracula peccat.*
3 *Et eſt excommunicatus.*
4 *Epiſcopus quid facere debeat, quando dicuntur fieri miracula ab aliqua imagine.*
5 *Epiſcopus procedit contra Regulares publicantes falſa miracula.*

CAPITVLVM LXXXIII.

De vigilantia Epiſcopi, ne publicentur falſa miracula.

1 CVM Epiſcopus mortaliter peccet negligendo ea, quæ notabiliter ſunt pernicioſa, Caetanus in Summa in verbo, Epiſcoporum peccata, & ſupra diximus cap. 5. neceſſario concludendũ eſt, Epiſcopum qui non vigilat, vt falſa miracula non publicentur, peccare mortaliter; id enim pernicioſum eſt, notabiliter Reipublicæ Chriſtianæ, quia fides, & exiſtimatio miraculorum Chriſti, & eius Sanctorum diminuitur apud fideles, & infideles.

2 Et ideo peccat etiam, qui concionando falſum miraculum, ſciens tale eſſe, narrat, aut data opera vitam alicuius Sancti, aliter quàm ſit, fingit, vt tradit Caet. ſuper D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. Nauarr. cap. 18. num. 5.

3 Immo in Concilio Lateranen. ſub Leone Decimo, excommunicantur omnes, qui prædicant miracula falſa, & incerta, vel prophetias, quæ nõ continentur in ſacra Scriptura, quamuis Caetanus in verb. Excommunicat. in fine, dicat cenſuras con-

contentas in dicto Conc. non fuiſſe vſu receptas, quem refert Nauarrus cap. 27. num. 3.

4 Quapropter quando dicuntur fieri miracula virtute alicuius imaginis, debet Epiſcopus ſtatim impedire concurſum hominum, mandare claudi ianuas Eccleſiæ, operiri imaginẽ, donec capiat diligentem informationem, & adhibitis Theologis, & alijs pijs viris, miracula approbauerit, & præcipitur in Concilio Tridentino Seſſ. 25. de inuocatione, & veneratione Sanctorum.

5 Quam poteſtatem cum habeat Epiſcopus ex Conc. Tridentino, poterit exercere etiam contra Regulares exemptos, cum omnia priuilegia Regularium ſint ſublata, quatenus contrariantur Conc. Trid. ex bulla Pij IV. de probatione miraculorum. Vide aliqua in Praxi cap. 59. Cum verò miracula fuerint plenè probata, debet Epiſcopus eſſe promptus ad publicandum; nam Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt. Tobias c. 12.

SVMMARIVM.

1 *Separatio matrimonij quoad habitationem debet fieri auctoritate Iudicis.*

2 *Epiſcopus debet ſe informare ex officio de matrimonio nullo.*

3 *Epiſcopus non debet eſſe facilis ad ſeparandum matrimonia.*

4 *Matrimoniales cauſæ ſunt expediendæ cum grauitate, & non celeriter.*

5 *Partes in cauſa matrimoniali à principio interrogandæ quid probare intendunt.*

6 *Separato matrimonio ſi coniux innocens fornicetur, debet compelli redire ad coniugem.*

7 *Lite pendente ſuper matrimonio debet mulier poni in loco tuto.*

8 *Vagi vxorati non ſunt abſoluendi.*

9 *Epiſcopus cognoſcit de ſubreptione litterarum Papæ, quæ illi non diriguntur, incidenter.*

CAPITVLVM LXXXIV.

De ſollicitudine Epiſcopi circa matrimonia contracta.

VIGILARE debet Epiſcopus circa matrimonia, in quibus agitur de periculo animarum, vt dicit textus in cap. quoniã frequenter, §. 1. vt lite non conteſtata.

1 Primò vigilet, quòd ſi in Diœceſi adſint aliqui mariti ſeparati ab vxoribus, vt habitent in diuerſis domibus, eos ex officio compellat ad habitandum ſimul, quia id ſine iudicio Eccleſiæ fieri non poteſt, cap. Porrò, de Diuortijs, vbi DD. cap. ad id quod, de Sponſalibus, nec ad finem ingrediendi religionẽ ſine auctoritate Epiſcopi, c. Si vir. 27. q. 2.

2 Secundò, ſi matrimonium eſt contractum, & oritur aliquã fama, vel ſuſpicio, quod adſit impedimentum, & matrimonium ſit nullum, Epiſcopus debet ſe informare ex officio, tex. eſt in d. cap. Porrò, & poſſet compellere, vt quicumque veritatem ſcit, perhibeat teſtimonium, Gloſ. in d. cap. Porrò, in verbo, ſeu publica.

3 Tertiò, Epiſcopus non ſit facilis ad ſeparandum matrimonia, Ioannes Andreas in cap. Porrò, de diuortijs, ſed procedat cum grauitate, d. cap. Porrò.

4 Et ad officium Epiſcopi ſpectat ſtare pro matrimonio. Præpoſ. ibid. quia vt plurimum ſeparatio petitur ex animi paſſione, quæ quando ceſſat, coniuges non petunt ſeparationem, ſed diſpenſationem, ſi impedimentum detegatur; & proinde pluries moneat ad viuendum ſimul, & expeditionem cauſæ differat, vt concordentur: nec ſit facilis ad dandum terminum in cauſa matrimoniali, niſi primò videat articulos, vt ſciat quid probare intendunt coniuges, nè dato termino, & admiſſis articulis friuolas cauſas continentibus, fiat inter eos lis immortalis.

Digitized by Google

5 Et à principio debet interrogare, quas probationes facere intendunt, & ſi videt quod probationes non ſunt ſufficientes, debet repellere ab agendo, ita notabiliter Butr. in c. de illo, de eo, qui cognouit conſanguin. vxoris, & antè omnia examinet principales cum iuramento ex c. 3. loco de præſumptionibus, & memor ſit quòd teſtes contra matrimonium debent eſſe omni exceptione maiores c. 1. de conſang. & affin.

6 Quartò, ſi poſt factam ſeparationem propter adulterium, coniux innocens fornicetur, Epiſcopus ex officio compellet illum ad habitandum cum altero coniuge c. ex litteris, vbi Abbas, & alij de diuortijs pendente lite ſuper ſeparatione matrimonij, quam aliquando mulieres petunt, vt liberius vacent libidini, allegantes metum viri, neq; poſſe cum illo habitare.

7 Et pendente lite iuxta c. literas de reſt. ſpol. tunc faciat mulierem poni in loco tuto, & honeſto iuxta textum in c. ex tranmiſſa eodem tit. & Gloſ. in d. c. literas in verbo, ſufficiens, & faciat ei prouideri de alimentis, & litis expenſis à viro, Afflic. deciſ. 152. vt diffuſius diximus in praxi c. 27.

8 Quintò, quia multi dimittunt vxores ſuas, & vagantur per alienas prouincias, noluntq; redire ad eas, mandet Epiſcopus Confeſſarijs, vt ipſos non abſoluant, niſi ſaltim habeant firmum propoſitum abſq; mora redeundi, quia ſunt in peccato mortali, Cardin. Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 7. c. 21.

9 Sextò notandum quòd quando Epiſcopus cognoſcit de nullitate matrimonij, ſi partes producunt diſpenſationem Papæ, poteſt Epiſcopus incidenter cognoſcere de ſubreptione dictæ diſpenſationis, licet non fuerit illi directa, ita notat Bald. in conſ. 97. 2. part. faciunt not. per Abbatem in c. cum veniſſent de iudicijs, alia notatu digna circa cauſas matrimoniales vide in praxi c. 27. vbi aliqua ex prædictis declarantur.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium debet probiberi, quando eſt timor ſcandali.*
2 *Parochus non poteſt cognoſcere de impedimento matrimonij.*
3 *Denuntiationes ante matrimonium, non ſunt remittendæ ſine cauſa.*
4 *Matrimonia viduarum, & vagorum cautè contrahenda.*
5 *Teſtis de auditu non impedit matrimonium contrahendum, nec teſtis de viſu ſine iuramento.*
6 *Denuntians falsò impedimentum matrimonij debet grauiter puniri.*

CAPITVLVM LXXXV.

De vigilantia Epiſcopi circa matrimonia contrahenda.

1 PRIMO, Epiſcopus ſemper prohibeat matrimonia etiam ſi nullum adſit impedimentum, ſi eſt timor ſcandali, quòd conſanguinei contrahere volentium deuenient ad arma Abb. notab. per illum tex. in cap. cum in tua, de ſponſalibus, Felin. in c. nihil, de præſcriptionibus, quòd ſæpè contigit, quando nobiles volunt ducere in vxores ignobiles, & è cõtra inuitis conſanguineis, quo caſu debet impedire matrimonium.

2 Secundò non permittat Epiſcopus, vt Parochus cognoſcat de impedimento matrimonij, quod ei fuit denuntiatum, quia non ſpectat ad illum cauſæ cognitio iudicialis quæ requiritur, ex cap. fin. de deſponſat. impub. & probatur latius per Sanchez de matrimonio lib. 3. diſput. 15. nu. 3.

3 Tertiò non remittat ſine cauſa denuntiationes ante matrimonium,

monium, vt diximus in praxi c. 26. vbi retulimus omnes cauſas,& praxim quando omittuntur.

4 Quartò quod vigilet circa matrimonia viduarum, & vagorum, vt probetur mors viri per certum nuntium iux. c. in præſentia de ſponſ. & per alias probationes, quas poſuimus in praxi d. c. 26. vbi etiam diximus quid circa vagorum matrimonia ſeruandum eſt.

5 Quintò vt conſiderentur dicta teſtium reuelantium impedimenta. quocirca notandum, quòd teſtis de auditu non impedit matrimonium contrahendum,nec de viſu ſine iuramento c. 1. de conſ.& affin ſi tamen teſtis de auditu deponeret ſuper conſanguinit.& affinitate cum requiſitis in c.licet ex quadam de teſt. impediret, vt late probat Sanchez diſput. 21. par. 1.

6 Sextò vt denuntiantes falſa impedimenta puniãtur iuxta Gloſ.& Doctores in cap.cum inhibitio. de clandeſt. deſponſ. Hæc breuiter retulimus pertinentia ad matrimonium in præſenti, & præcedenti capitulo pro quadam vigilantia generali circa matrimonia: multa alia ſpecialia circa eandem materiam poſuimus in praxi cap. 25. 26. & 27. quæ Vicarius Epiſcopi conſiderare poterit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet eſſe ſollicitus in extinguendis hæreticis, & maleficis.*

2 *Epiſcopus negligens Diœceſim hæreſibus purgare,plures pœnas incurrit.*

3 *Epiſcopus iniuſtè vexans aliquem, pro cauſa ſanctæ fidei punitur.*

4 *Remedium extirpandi maleficos.*

5 *Incantationes infirmitatibus hominum nil remedij præſtant.*

6 *Remedia quæ virtute naturali non conferunt ſanitatem inuocationem Dæmonis continent.*

7 *Conſulentes ariolos magos ſunt excommunicati.*

8 *Ma-*

8 *Maleficia maleficijs tolli non poſſunt, & quando liceat per viam maleficorum.*
9 *Præſtigiatores grauiter puniendi.*
10 *Exempla Sanctorum acriter inſectantium magos.*
11 *Denuntiare debet quilibet de populo delicta tendentia in perniciem publicam.*

CAPITVLVM LXXXVI.

De vigilantia Epiſcopi in extirpandis hæreticis, & maleficis.

1 VIGILARE omni ſtudio debet Epiſcopus, vt populum contineat in recto religionis cultu, quod aſſequetur, ſi hæreſes, ſuperſtitiones, ſortilegia, & alia impietatem continentia à ſua Diœceſi pellat, & proinde.

2 Memor eſſe debet, quòd Epiſcopus qui negligit Diœceſim hæreſibus purgare, debet deponi ab Epiſcopatu. c. excommunicamus el primo §. volumus de hæreticis, & in Clement. 1. de hæreticis.

3 Epiſcopus, qui odio, gratia, amore lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam, & conſcientiam ſuam omiſerit contra quemlibet procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem, prauitatem ipſam alicui imponendo præſumpſerit vexare, præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas, Epiſcopus ſuſpenditur ab officio per triennium, alij inferiores ſunt excommunicati ipſo facto, & non poſſunt abſolui niſi à Papa. Quinimmo talis Epiſcopus negligens hæreticus iudicandus eſt ſaltim iuris fictione, ſeu præſumptione, vt probat Franciſcus Pegna in c. qui alias, de hæreticis, Aſa Rex priuauit matrem dignitate Imperiali, quia colebat Idola 3. Reg. c. 15. Vigilet itaq; Epiſcopus,

ſcopus,& memor ſit inter alias diligentias inquirere ſuper occulta conuenticula laicorum, ex quibus ſæpè hæreſes ortæ ſunt, hanc enim poteſtatem ſuper laicos Epiſcopus etiam ex lege ciuili habet c.conuenticula vbi homines de pace tenẽda.

4 Inſuper memor eſſe debet Epiſcopus, vt acriter procedat contra iſtos maleficos,ſortilegos, & ſimiles ſuperſtitioſos, illosq; inſequi tanquàm Chriſti inimicos, & omnibus modis elaborare,vt pernicioſam, & à Zabulo inuentam ſortilegam, & magicam artem expellat,viros, & mulieres turpiter dehoneſtatas eijciendo à Diœceſibus,ita præcipitur in c.Peruenit, in c.contra idolorum,in c.Augurijs,in c.Epiſcopi 26.q.5. Vnde malleus maleficarum 2.par. 2.q. princ. ait Heù Domine Deus,cum omnia iudicia tua ſint iuſta, quis liberabit pauperes maleficatos, & in continuis doloribus eiulantes, peccatis noſtris exigentibus, inimicus nimis præualuit,hoc vnicum videtur ſupereſſe remedium,vt Iudices eorum inſultus reſtrẽnẽt varijs pœnis, auctrices, maleficas caſtigando; & quia multæ perſonæ ex ignorantia prædicta perpetrant,vel inquirunt, debet Epiſcopus illas admonere de earum erroribus, vt præcipitur in c.admoneant 26. q.7. &

5 Primò deberent Epiſcopi admonere fideles, quòd infirmitatibus hominum,incantationes nil remedij præſtent,ſed ſunt inſidiæ hoſtis antiqui, ad decipiendum genus humanum d. c. Admoneant.

6 Secundò,quòd iuxta doctrinam D.Thomæ 2.2.q.96.art.4. omnes præcantationes,& ſuperſtitiones, quæ virtute naturali effectum producere nequeunt, continent inuocationem Dæmonis, & pactum tacitum, vel expreſſum cum Dæmone, & ſi aliquando infirmitates curantur, id Dæmon per alias cauſas naturales operatur,propter pactum cum incantatore conuentum, Nauarr. c.2.nu.31. Si enim pauperes mulieres ſcirent, quòd quando fit à vetula præcantatio in capite ad leniendum dolorem inuocatur Dæmon ſuper eius capite, vtiq; abſtinerent, & in c. Quoniam, 88. diſt. vocatur infidelis illa mulier, quæ cum filio dolet caput, quærit incantationes, Nec eſt curandum, quod inter verba vana dicatur Pater noſter, vel Aue

Maria. Marcus Aurelius Imperator ſapientisſimus, quàmuis Ethnicus odio habebat ſtrigas,& mulieres, quæ earum opera vtebantur in curandis infirmitatibus filiorum; dicebat enim, quòd pueri adepti ſanitatem opera ſtrigarum, vel breui tempore viuunt,vel quamplurimas patiantur aduerſitates,vt in eius vita habetur.

7 Tertiò ſunt admonendæ,quòd conſulentes ariolos,aruſpices, & incantatores ſunt excommunicati ipſo facto c. Si quis ariolos, 26.q.5. Quòd fabricantes, aut fabricari procurantes imagines, anulum, ſpeculum, phalam, vel aliam rem quamcunq; ad Dæmones alendos, & ab his reſponſa petentes,aut auxilia poſtulantes ſunt ipſo facto excommunicati per extrauag. Ioan.XXII. Super illius ſpecula, quæ reperitur impreſſa in directorio Inquiſitorum 2.part. q.45. Nec Dæmon ligari poteſt,ſed fingit ſe ligari,vt fidelium animas liget,& decipiet, iuxta communem.

8 Quartò quòd maleficia maleficijs tolli non poſſunt ſine peccato,ſed recurrendum eſt ad Exorciſmos approbatos,ad verã pœnitentiam, & deuotam Euchariſtię perceptionem c. ſi per ſortiarias 33.q.1. In quo præcipitur de hoc admoneri fideles. nec maleficio tolli poſſunt, quàmuis maleficus eſſet paratus ad faciendum maleficia pro diſſolutione S.Thomas in 4.q.34 art.1. liceret tamen ſine vlla inuocatione,ſoluere vinculum capillorum,ligulas,veſtes, imagines, vel alias res, quibus incantatio continetur,& ad hunc effectum poterit malefico aliquid dari,vt deſtruat maleficia,vel vt indicet in quo loco ſint poſita,vt posſint capi,& cõburi, Iſta.n. ſine inuocatione Dęmonum,& peccato fieri poſſunt,Nauarr.c.2.nu.29.& cõis.

9 Quintò animaduertere debent Epiſcopi contra iſtos præſtigiatores, qui diſcurrunt per Diœceſes oſtendendo mirabilia,illudendo homines: ex eo dicti,quod perſtringunt corporis ſenſus,iſti ſunt carcerandi,& examinandi,quomodo prædicta faciant,nam tales habent pactum cum Dæmone expreſſũ, vt habetur in c.Nec mirum 26.q.5.

10 Conferunt ad deteſtationem prædictorum,dicta ab Auguſtino in ſermone contra aruſpices,in quo inter alia dicit, prædictas

dictas perſonas debere agere magnam,& longam pœnitentiã, S. Antoninus teſte Surio, fuit acerrimus inſectator magorum, S.Corbinianus Epiſcopus,& alij innumeri,ſed ſatis ſit habere præ oculis exactiſſimam illam diligentiam Sanctę generalis Inquiſitionis Vrbis Romanæ magiſtræ aliarum Eccleſiarum.

11 Sextò Epiſcopus deberet per ſe vel alios admonere populum, quòd quilibet de populo tenetur accuſare,vel denuntiare denuntiatione iudiciali omnes committentes delicta in perniciem publicam, vt ſunt hæretici, ſtriges, malefici, aſſaſſini, falſatores nummorum, graſſatores viarum, proditores reipublicæ,& alij ſimiles, Ita S.Thomas d.art.7. & q 69. art. 1. Sotus d.art.1. & de ratione tegendi memb.2. q.6. & communis. De qua denuntiatione,quando, & quomodo ſit facienda, latiſſimè diſſeruimus in praxi c.23.& in c.84. poſuimus,quomodo, & cum quanta maturitate Epiſcopus debeat procedere in cauſis Sanctæ Fidei.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus, qui non vigilat ſuper veneratione Eccleſiarum.*
2 *Epiſcopus debet ſcire canones,tractãtes de veneratione Eccleſiarum.*
3 *Prohibita in Eccleſijs quamplurima.*
4 *Iudices laici, quid facere non poſſint in Eccleſijs.*
5 *Choreæ, & cantilenæ in Eccleſijs prohibentur.*
6 *Deambulationes.*
7 *Quæſtus eleemoſynarum.*
8 *Conuiuia.*
9 *Suppellectilium conſeruatio quæ non ſunt Eccleſiæ.*
10 *Comeſtibilium,& aliarum rerum delatio.*
11 *Munditia ſeruanda in Eccleſijs.*
12 *Eccleſia non poteſt incaſtellari.*
13 *Ludi Theatrales prohibentur in Eccleſijs, ſed repræſentationes Martyrum fieri poſſunt in Eccleſijs.*
14 *Fabri, malleatores, meretrices, conficientes candelas prohiben-*

di, ne habitent prope Eccleſias.

15 *Delinquentes non debent morari in Eccleſijs.*

16 *Chryſoſtomus quid fecerit contra conſulentem aduerſus immunitatem Eccleſiæ.*

17 *Laici non debent ingredi presbyterium, quando miſſa celebratur.*

18 *Corpus Chriſti non debet reponi ſuper ſepulcra mortuorum.*

19 *Altare, quibus modis frequentius execretur.*

20 *Reliquiæ non ſunt de eſſentia conſecrationis altaris.*

21 *Laici adminiſtratores Eccleſiarum, non ſe intromittant in ſpiritualibus.*

22 *Licentia tangendi vaſa ſacra, poteſt ex cauſa concedi non conſtitutis in ſacris.*

CAPITVLVM LXXXVII.

De vigilantia Epiſcopi circa venerationem Eccleſiarum.

1 PECCAT mortaliter Epiſcopus, qui non vigilat ſuper veneratione Eccleſiarum, vt clarè probatur in Clem. 1. de celebratione miſſ.

2 Quinimmo dicit ibi Bonifacius quòd peccat etiam, ſi ignorat Canones, tractantes de veneratione Eccleſiarum ex illa Clem. ſed Gloſ. ibi dicit, quod eſt conſilium, & Canones ſunt de conſecrat. diſtinct. prima per totum, & de immunit. Eccleſiarum, proinde aliqua concernentia Eccleſiarum honeſtatem memoranda cenſui. Ioannes 2. Recordati ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me.

3 Primo

3 Primò ex cap.decet, de Immunit. Eccleſiarum in 6. curare debet Epiſcopus,quòd ad Eccleſias omnis ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, dum inuocatur nomen IESV fiat capitis inclinatio, inſiſtatur orationibus deuotis, ceſſent vniuerſitatum, & ſocietatum quarumlibet conſilia, conciones,& publica parlamenta,& multò fortius fęda,& profana colloquia,ceſſent confabulationes quælibet, & omnia alia, quæ diuinum officium turbare poſſunt,aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere, ne vbi peccatorum venia eſt poſtulanda,peccandi detur occaſio. Ceſſent in Eccleſijs earumuè cęmeterijs,negotiationes,& pręcipuè nundinarum ac fori cuiuſcunq; tumultus,omnis ſæcularium ſtrepitus conquieſcat, maximè cauſæ criminales laicorum. Ita habetur in d. c. Decet. S.Martinus adeo venerabatur Eccleſias, vt cùm illas viſitaret,nunquàm ſederet,ob earum reuerentiam.

4 Doctores in d.c.Decet. dicunt quòd proceſſus,& ſententiæ Eccleſiaſticorum non prohibentur in Eccleſia; ſed ſolum laicorum iudicium,etiamſi eſſet ſuper cauſa ſpirituali, nempè ſuper obſeruantia iuramenti; Tutor vel Curator dari poſſunt, quia negotium eſt pium. Iuramentum quia eſt actus religionis. Sed Franchus negat de iuramento iudiciali,examinatio teſtium, intimatio citationum ſit,ſed non commiſſio de citando,nec citatio realis, ſententia arbitri non,ſed arbitratoris,ſic contractus poſſunt fieri.i.ſi continent ſpiritualitatem,alij etiam poſſunt, de licentia Superioris Eccleſiæ, vt ſi Sindici conſtituant procuratorem, Hæc per DD. in d.cap.Decet.

5 Ex Clem. 1. de celeb.miſſarum prohibentur in Eccleſijs,& earum cæmeterijs, choreæ, & cantilenæ, Carolus Borromeus renouauit morem operiendi caput muliebre in Eccleſijs.

Ex Conc.Trid. de obſeru. vel vitand. in celeb. miſſ. prohibentur muſicæ laſciuæ, omnes actiones ſæculares; vana, atq; profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, & nonnulla alia.

6 Ex bulla Pij V. Cum primum;prohibentur deambulationes tempore diuinorum officiorum. ſed Conc.Trid. prohibet ſimpliciter deambulationes.

7 Item prohibetur queſtus eleemoſynarum pauperum dum dicuntur miſſæ, niſi in valuis Eccleſiæ.

8 Conuiuia in Eccleſijs non poſſunt fieri nec per Clericos, nec per Laicos, niſi in neceſſitate c. Non oportet, c. Nulli. diſtin. 42.

9 Suppellectilia aliorum in Eccleſijs conſeruari non debent niſi vrgeat neceſſitas incendij, inimicorum, aut ſimilis c. 2. de cuſt. Euchar.

10 Per Eccleſiam non debent deferri comeſtibilia, & aliæ res de vna porta ad aliam tranſeundo, quia Dominus non ſinebat, vt vas rransferretur per templum d.c.2.

11 Munditia valde ſeruanda eſt in Eccleſijs, oratorijs, vaſis, corporalibus, veſtimentis, ita vt Eccleſia reſplendeat, cum nimis videatur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent, etiam in prophanis, c. pulchra diſt. 86. d.c. 2. & d. clem. 1. dicit Cardinalis Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 2. c. 2. quod celebrare miſſam cum veſtibus notabiliter immundis eſſet mortale, & magna irreuerentia fieret ſacramento mundiſſimo.

12 Eccleſia non poteſt in arcem vel caſtellum redigi c. ſanctorum x. q. 1. Sic etiam dicebat Sanctus Thomas Cantuarienſis, cùm quæreretur à ſatellitibus, & Clerici vellent claudere Eccleſiam, quòd Eccleſia non erat caſtrorum more cuſtodienda.

13 Ludi Theatrales in Eccleſiis prohibentur c. cùm decorem de vita, & honeſtatè Clericorum, ſed repræſentationes Martyrum de licentia Epiſcopi, dummodo prius bene reuideantur, fieri poſſunt Gloſ. in d.c. cum decorem.

Debent prohiberi per Epiſcopum, ad quem pertinet, ex d. cap. Decet. omnia quæ turbant diuinum officium, & ſunt contra decorem, & reuerentiam Eccleſiarum, vndè debẽt prohiberi feneſtræ domorum ſæcularium per quas introſpicitur in Eccleſias: adeſt etiam bulla Pij V. Nec permittere, vt mulieres habitent in domibus Eccleſiæ, etiam conſanguineæ Clericorum. Salomon noluit vt eius vxor habitaret in domo Dauid eo quòd ſanctificata eſſet per ingreſſum Arcæ Domini in eam.

2. Pa-

2. Paralipo. cap. 8.

14 Meretrices habitantes propè Eccleſiam, malleatores, qui turbant diuinum officium, ſiuè fabros Gloſ. in c. Pridem 18. q. 2. Felin. in c. fin. de iudicijs nu. 5. deciſ. Delfin. 603. & ſic de alijs artificibus, quorum ars inducit fętorem in Eccleſia, vt conficientium candelas, aut alia quæ Epiſcopus arbitrabitur. Sanctus Ioannes Chryſoſtomus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus prohibuit fieri ludos ante ſtatuam Eudoxiæ Imperatricis propè Eccleſiam Sanctæ Sophiæ, ex quo diuina officia turbabantur, quam ob cauſam fuit miſſus in exilium, & quod turbantes diuina officia poſſint ab Epiſcopo excommunicari, eorum bona publicari, & in monaſterium claudi, habetur in c. ſi quis deinceps 17. q. 4. & in c. quisquis 24. q. 3. & Neapoli fuiſſe ſeruatum à Vicario, tradit Afflict. in conſtit. Regni multę leges de crimine ſacrilegij.

15 Animaduertere debet Epiſcopus ne immunitas Eccleſiarum violetur per extractionem confugientium ad eas: Exempla nobis reliquerunt Sanctus Ambroſius, qui fuit immunitatis Eccleſiaſticæ acerrimus defenſor.

16 S. Ioannes Chryſoſtomus de quo egregium factum legitur; Quòd cum Imperator Archadius ſuaui cuiuſdam Eutropij eius Conſiliarij, non obſtante contradictione ipſius Archiepiſcopi legem tuliſſet contra immunitatem Eccleſiaſticam, vt confugientes ad Eccleſias, non eſſent tuti, euenit poſt paucos dies quòd dictus Eutropius, qui cōſilium dederat, commiſit graue delictum, & ad Eccleſiam confugit, quem Chryſoſtomus noluit defendere; Ita quòd Imperator mandauit illum capi in Eccleſia, & decapitari. Quinimmo in publico ſermone inter nonnulla, quæ contra dictum Eutropium dixit, concluſit non eſſe defendendum ab Eccleſia, qui contra eam conſilium dederat, ſed ad tollendam occaſionem committendi delicta prætextu Eccleſiarum debet Epiſcopus prohibere ſub pœna Clericis: ne permittant in Eccleſijs, ac earum domibus morari delinquentes, contumaces, ne domus orationis fiat ſpelunca latronum, c. cùm Eccleſia, de Immunitate eccleſiarum, niſi quando Curia ſæcularis illos actu perſequitur.

17 Laici non debent ingredi presbyterium, quando miſſa celebratur c. Sacerdotum, de conſecration. diſt. 2. ſed quando non celebratur, poſſent. Gloſ. & Archid. ibi. S. Ambroſius expulit Imperatorem à Presbyterio dicens: Quod purpura non facit Sacerdoties; qui humiliter obediuit.

18 Corpus Chriſti non debet reponi ſuper ſepulcris mortuorum cap. non oportet; & ideo ſepulturæ fidelium niſi fuerint Sanctorum debent notabiliter diſtare ab altari maiori, in quo conſeruatur Corpus Chriſti, & videntur ſufficere tres cubiti.

19 Miſſa ſine peccato celebrari non poteſt ſuper altari execrato c. Miſſarum c. Nullus de conſ. diſt. 1. multis modis execratur altare, quos ponit Silueſt. in verbo, altare, ſed tres ſunt frequentiores, per corroſionem notabilem, vel fracturam notabilem, vel quando altaris tabula eſt mota. c. ligneis. c. Quod in dubijs, de conſ. Eccleſiæ, vel altaris.

20 Sed quid ſi in aliqua Eccleſia reperiantur altaria cõſecrata adeò vetuſta, quod veriſimile ſit, reliquias eſſe conſumptas an per earum conſumptionem ſint execrata? Et dicendum eſt quod non, quia reliquiæ non ſunt de eſſentia conſecrationis altaris, quàmuis ſine illis non debeat fieri conſecratio, Archid. in c. Placuit, de conſec. diſtin. 1. Alia ſeruanda circa celebrationem miſſarum ponunt Silueſter, Nauarr. & alij.

21 Vigilare etiam debet Epiſcopus, nè adminiſtratores Eccleſiarum Laici ſe intromittant in ſpiritualibus, vel præſint Eccleſijs, aut poteſtatem habeant in Clericos, ſed ſint contenti ſua prouidentiali adminiſtratione, Archid. in c. laicis 16. q. 7. Doctores in c. Decernimus, de iudicijs, quid autem poſſint facere vel non facere iſti magiſtri laici in Eccleſijs, latè diſſeruimus in praxi c. 41.

22 Notandum prӕterea, quòd Epiſcopus ex cauſa poteſt dare licentiam Clericis non conſtitutis in ſacris tangendi vaſa ſacra, Turrecrem. in c. in ſancta de conſ. diſtin. 1. & ſatis ſit hæc memoraſſe, quoad Eccleſiarum uenerationem.

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum in quibus Eccleſijs dici debeat, & an in parochialibus.*
2 *Canonici quando poſſint ceſſare à diuinis.*
3 *Officium diuinum quomodo recitandum.*
4 *Exemplum ſingulare Sancti Ludtgeri Epiſcopi circa officium diuinum recitandum.*
5 *Canonici non poſſunt donare diſtributiones abſentibus.*
6 *Cauſæ quæ excuſent abſentes ab amiſſione diſtributionum.*
7 *Canonicus celebrans in Cappellania tempore officij, an lucretur diſtributiones.*
8 *Canonici exiſtentes in choro tenentur pſallere, & non ſatisfaciunt ſubmiſsè cantando.*
9 *Epiſcopus Canonicus lucratur diſtributiones propter abſentiam ob neceſſitatem officij paſtoralis.*

CAPITVLVM LXXXVIII.

De vigilantia Epiſcopi circa diuinum officium à Clericis perſoluendum.

INDIGNATIONEM omnipotentis Dei, Epiſcopus non effugiet, ſi circa cultum diuinum non vigilabit, Clem. 1. de celebrat. miſſar. & præſertim circa diuinum officium à Clericis perſoluendum, quocirca animaduertendum cenſeo.

1 Primò quod in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis recitari debent horæ Canonicæ debitis horis, Clem. 1. de celebrat. miſſ. Conc. Trid. c. 12. ſeſſ. 24. de reform. ſi tamen Clerici eſſent occupati, poſſent ſine intermiſſione dici Matutinum, & aliæ horæ, & poſt prandium Veſperæ, & Completo-

pletorium, Doctores in d. Clement. & ferè conſuetudo eſt omnibus Eccleſijs; in parochialibus vero ſufficit quòd dicantur Matutinum & Veſperæ, & ita ſe habere conſuetudinem tradit Bonif. in d. Clem. 1.

2 Secundo ſi Canonici ex conſuetudine ſolent à diuinis ceſſare id non ſine manifeſta, & rationabili cauſa facere debent; vt ſi fiat ſtatutum contra libertatem; ſi imponantur talleæ, vel collectæ Clericis, ſi detinetur Clericus, vel Canonicus, per ſæcularem Iudicem, Ita habetur in c. ſi Canonici, in c. Quàmuis de officio Ordinarij in 6. Gloſ. in d. c. ſi Canonici in verbo, cauſa. Quod eſt notādum ab Epiſcopo; quia ſi Canonici hoc non habent ex conſuetudine; poterit ipſe mandare fieri ceſſationem à diuinis, ob cauſas prædictas.

3 Tertiò officium debet recitari ſtudioſè, deuotè, attentè, nō ſyncopando nec tranſcurrendo c. Dolentes, de celebr. miſſar. & in d. Clem. 1. additur non miſcendo extranea colloquia, maximè profana, & inhoneſta; non ad Eccleſiam tardè veniendo, nec exeundo ante finem officij ſine rationabili cauſa, nec portando aues, aut canes, & cum tonſura, & veſtibus Clericalibus; Prohibere etiam debet Epiſcopus Laicos, & Clericos in vigilijs Feſtorum, & feſtis in Eccleſijs, & eorum Cœmeterijs facere cantilenas, & choreas vt in d. Clem. Quæ omnia difficiliter fieri poſſunt, niſi ipſe Epiſcopus frequentet chorum, & in eo deuotè permaneat: non enim ſine cauſa Canones ſtatuerunt, vt ſaltim omnibus Dominicis, & feſtis Epiſcopus interſit choro c. Epiſcopus de conſ. diſt. 3. & diximus in cap. 26.

4 Singulare eſt exemplum S. Ludgeri Epiſcopi, Qui (teſte Surio, dum nocte matutinales laudes, cum Clericis caneret, propè ignem fumus euaporans in faciem illi exhalauit, qui quaſi nihil ſentiens immotus mente ſtabat, & corpore, vnus ex Clericis inſufflans accendit ignem, vt fumum deleret; manè ſanctus Clericum redarguit, dicens dùm ad opus diuinum aſſiſtitur omnes occurrentes cogitationes amouendas, nihil aliud cogitandum, nihil agendum: Alia vice, cùm diuinum officium recitaret, ter vocatus à Carolo Imperatore recuſauit

ire,

ire, donec officium perſoluiſſet.

Quartò vt diuinum officium non omittatur, mandauit Sac. Concilium Tridentinum vt Epiſcopi in omnibus Cathedralibus, & Collegiatis conſtituant diſtributiones quotidianas conuertendo in eas tertiam partem fructuum. c. 3. ſeſſ. 21. de reform. quæ ſolum intereſſentibus dantur. c. vnico de Clericis non reſidentibus in 6. circa quas diſtributiones aliqua memoriæ reducere decreui, quæ quotidie occurrunt.

5 Primò quòd Canonici, & Capitulum non poſſunt facere remiſſiones diſtributionum, & adinuicem eas donare non ſeruientibus, quia ſunt inductæ in fauorem publicum cultus diuini, cui priuatorum pactis renunciari non poteſt l. ius publicum ff. de pactis, Archid. Anchar. in d. c. vnico, Nauarr. de oratione c. 22. nu. 48. habetur clare in Conc. Trid. c. 12. ſeſſ. 24. de reform. ibi; aut remiſſione excluſa, per quod eſt ſublata interpretatio Gloſſæ in d. cap. vnico, vt aduertit Nauarrus loco citato.

6 Secundò animaduertendum puto quòd in d. c. vnico excuſant ab amiſſione diſtributionum, ſolum infirmitas, iuſta & rationabilis corporalis neceſſitas, & euidens Eccleſiæ vtilitas. Circa infirmitatem eſt notandum, quòd excuſat dummodo Canonicus tempore valetudinis fuerit ſolitus venire ad Chorum. Omnes in d. c. vnico. vbi dicit Probus, quod ſtatur iuramento, aut aſſertioni Canonici infirmi habita conſideratione ad qualitatem perſonæ, ad corporis aſpectum, cùm omni ſpiritui non ſit credendum, aut ſaltim iudicio Medici. Alia cauſa ſcilicet rationabilis, corporalis neceſſitas includit omne iuſtum impedimentum vltra infirmitatem, vt dicunt omnes in d. c. vnico, ponentes exemplum, ſi Canonicus ſumpſerit potionem, aut medicinam, aut ſanguine minutus fuerit, vel ſi fuerit iniuſtè ſuſpenſus, excommunicatus, carceratus; ſed in his caſibus ſequeſtrantur diſtributiones, donec conſtiterit de abſolutione, vel condemnatione. Fel. in c. Apoſtolicæ, de except. Idem ſi fuerit tortus, & poſtea abſolutus, quia lucratur. Nau. conſ. 2. de Clericis non reſidentibus, vel ſi Canonicus exponeret ſe periculo corporali, vt ſi propter tyrannum, aut partiali-

tialitatem ſine culpa ſua in Eccleſijs, aut Ciuitate morari nō audet ſine periculo vitæ, Dominicus, & Probus vbi ſupra, Itē iuſta cauſa eſt periculum amiſſionis bonorum, quæ dicuntur vita hominis l. aduocati, C. de aduocatis. Probus in d. c. vnico nu. 28. ex quo poteſt inferri, quòd Canonicus pauper, qui nō poteſt conſtituere procuratorem ad lites, quas contraxit poſt Canonicatum, poterit in abſentia ex cauſa litium lucrari, vel quando non tenetur procuratorem conſtituere, propter grauitatem cauſæ, c. cauſam, de procurat. & ſi habet procuratorē, poterit etiam aliquibus diebus lucrari, nempè quando informatur Iudex, vel cauſa expeditur, cum principalis ſit melius informatus de facto, & magis ad ipſum, quàm ad alios pertineat narratio facti, c. Paſtoralis, de iudicijs. Idem tempore anni Sancti, per quadraginta, vel quinquaginta dies, dum Canonicus petit Romam, etenim prohibere talem aditum ex d. cauſa cum damno non lucrandi tàm amplam indulgentiam, turpè eſſet, vel quando acceditur ad Concilium generale, vt in Conc. Conſtantienſi ſeſſ. 19. Idem dicendum, quòd ad Prouinciale, vel Diœceſanum cum ſit neceſſe ire. cap. 2. ſeſſ. 24. Conc. Trid. de reform. idem ſi frater Canonici eſſet moriturus, vel pater, aut mater; eſt enim difficile carnem ſuam relinquere tali tempore, & tandem arbitrio Epiſcopi relinquitur iſta corporalis neceſſitas: non tamen lucratur Canonicus qui ſeruit Epiſcopo, quodcunq; officium gerat ſiuè Vicarij, Viſitatoris, Conſultoris, vel alterius, c. ad audientiam, de Clericis non reſidentibus. Pęnitentiarius vero lucratur dum audit confeſſiones Conc. Trid. c. 8. ſeſſ. 24. de reform.

7 Sed quid in Canonico habente Cappellaniam in eadem Eccleſia, an lucretur diſtributiones, ſi celebrat in Cappellania, tempore quo ab alijs perſoluitur diuinum officium in Choro? Federicus conſ. 120. tenet quod non, Idem dicendum ſi ex deuotione celebraret, niſi adeſſet neceſsitas Eccleſiæ, vt quia populus conqueritur, quòd non ſit qui celebret miſſam, & tunc lucratur ex d. c. vnico, & Sacra Congregatione Concilij Tridentini.

Tertiò excuſat abſentia ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem

d. c.

d. c. vnico, quæ vtilitas debet eſſe manifeſta, & non occulta contra aliquos, qui fingunt tractare negotia Eccleſiæ, & agũt ſua. Hinc procurator Capituli, qui exigit redditus, lucratur diſtributiones in abſentia. Sed an valeat conſuetudo recipiendi diſtributiones per decem dies abſentiæ ſine cauſa ſolum, vt Canonicus quieſcat? Ioannes Monachus in d. c. vnico tenet quod ſic in abſentia per tres dies; Alij contra, & magis communiter in aliquibus Eccleſijs ſeruatur opinio Ioannis, vt Neapoli.

Circa horam conueniendi in Choro iuxta d. Clem. ſeruatur in quibuſdã Eccleſijs inſignibus, quòd Canonicus veniens ad Chorum ante primum nocturnum Matutini, vel ante Euangelium miſſæ Conuentualis vel in horis Veſperis, & Completorio, ante primum Pſalmum ſatisfaciat choro. Rationabilis cauſa exeundi à choro ante completum officium iudicatur, quando per breue tempus Canonicus vocatur ab amico propter negotium quod commodè differri nõ poteſt, & paulo poſt reuertitur. Non debent legi litteræ in choro, nec deferuntur chyrotecæ, ac prohibentur riſus inconditi.

8 Tandem animaduertere debet Epiſcopus, vt Canonici in choro exiſtentes pſallant; quia etiamſi ſubmiſſa voce pſallant, non ſatisfaciunt, quàmuis alteram partem audiant, Caer. in verbo, horæ, non enim debent Canonici manere in choro tamquàm ſtatuæ mutæ, nec talis præſumitur intentio fundatorum Eccleſiarum, niſi quando canitur cantu figurato ab alijs. Nauarr. de oratione c. 16. nu. 40. quidquid dicat Petrus Nauarr. de reſtitutione lib. 2. c. 2. cuius opinioni obſtat Conc. Trid. d. c. 12. Bulla Pij V. de officio diuino, & eius reſponſiones ſunt friuolæ, quibus non eſt inſiſtendum.

9 De Epiſcopo Canonico dicimus quamlibet neceſſitatem paſtoralis officij, quæ commodè differri non poſſet ſine notabili damno, excuſare ab amiſſione diſtributionum, & talem cenſemus eſſe rationabilem corporalem neceſſitatem: non enim credendum eſt Canones voluiſſe, vt Epiſcopus Canonicus taliter ſeruire debeat in Choro, quòd derelinquere teneatur curam paſtoralem altioris gradus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Miſſam non audientes in feſto, poſſunt excommunicari.*
2 *Miſſam, vt populus audiret, quid operatus fuerit quidam Sanctus.*
3 *Hiſtriones prohibendi diebus feſtis, de mane, & ſemper tempore Quadrageſimali.*
4 *Miſſa vna valde manè diebus ferialibus pro artificibus.*
5 *Epiſcopus non debet permittere, vt diebus feſtis, boues fidelium laborent in prædijs Eccleſiæ ſine neceſſitate.*
6 *Laborare pro Eccleſijs, quando licet tempore feſto.*
7 *Meſſis, & vindemia, quando poſſint permitti tempore feſtiuo.*
8 *Executio realis, & perſonalis, an poſſint fieri diebus feſtis.*
9 *Epiſcopus quomodo debeat procedere contra non obſeruantes feſta.*

CAPITVLVM LXXX.

De ſollicitudine Epiſcopi circa obſeruationem Feſtorum.

SVMMOPERE ad cultum diuinum pertinet obſeruatio feſtorum, de qua plura in ſacris Canonibus tit. de ferijs: in bulla Pij V. Cum primũ. quæ obligat Epiſcopos ad mortale, ſi feſta obſeruari non faciant. & in actis Eccleſiæ Mediolanen. & apud Summiſtas, pauca vero magis frequentia memoranda cenſui.

Primò, quòd Epiſcopus debet hortari populum, totis viribus, vt in diebus feſtis audiant miſſam, propter ſummam eius vtilitatem, quam poſt alios recenſet Cardinalis Toletus in inſtruct. Sacerdot. lib. 6. c. 9. & propter ſingularia exempla

relata

relata à D.Gregorio, in dialog.

1 Et quàmuis Epiſcopus poſſet non audientes Miſſam excommunicare c. Sacerdotes, c.Miſſas, c.Omnes de conſ. diſt. 1. id tamen ſine grauiſsima cauſa facere non debet, nempè quando contemptus manifeſtus cognoſcitur, quia multi excuſantur ex pluribus cauſis, nè excommunicatio potius illaqueet, quàm ædificet.

2 Ioannes Patriarcha Alexandrinus, vt contineret populum ad audiendam miſſam vſq; ad finem, vſus eſt tali arte. Cùm enim populus die quadam, finito Euangelio diſcederet, ipſe quoq; omittens celebrare ſequebatur illos dicens: Quòd paſtor debebat ſequi oues, quo ibant. Populus verecundia confuſus deinceps non diſceſſit ab Eccleſia ante benedictionem Sacerdotis; hoc autem hodie fieri non poteſt c. in his. 7. quæſt. 1.

3 Secundò, debet prohibere diebus feſtis de mane Hiſtriones, & Mimos, quia multi eorum cauſa retrahuntur ab auditu miſſæ; Quinimmo qui relictis diuinis accedunt ad eos, poſſunt excommunicari, c. qui die. de conſt. diſt. 1. & c. 2. diſt 3. Tempore Quadrageſimali prædicti ſunt prohibendi de mane, & ſero, quia eſt tempus pœnitentiæ.

4 Tertiò, vt populus diebus ferialibus audiat miſſam, deberet Epiſcopus mandare, vt valde manè celebretur vna miſſa pro artificibus, & alijs negotiatoribus iuxt. c. eſt neceſſe, de conſecr. diſt. 1. ſed vt die feſto audiat concionem, debent prohiberi miſſæ priuatæ ante Conuentualem c. & hoc attendendum, dicta diſtinctione, & ſupra diximus.

5 Quartò, vt fideles diebus feſtis deſiſtant ab opere ſeruili, id ante omnes ipſe Epiſcopus aliorum exemplar, ſeruare debet, & proinde cauere, ne in diebus feſtis faciat boues fideliũ laborare in terris Eccleſiæ, quando ipſe Epiſcopus non eſt pauper, ſed poſſet boues conducere, quia hoc eſſet peccatum, & ſcandalum magnum, alijs prohibere, & pro Eccleſia permittere. Dixi niſi Epiſcopus ob paupertatem non poſſet conducere boues, quia tunc neceſsitas facit licitum.

6 Quintò, Parochi abſente Epiſcopo ſolent concedere licentiam

tiam laborandi die feſto pro Eccleſijs Regularium,& alijs operibus pijs, hoc prohiberi debet tamquàm illicitum, niſi paupertas, & neceſſitas Eccleſiæ aliud ſuadat. Caetanus in verb. feſtorum violatio,& communis.

6 Sextò, ſolent etiam Parochi paſſim concedere licentiam metendi,ſeminandi,quod fieri non debet,ſine neceſſitate, vt quia timentur pluuiæ, vel aliud periculum eſt in mora, Abb. in c.licet,de ferijs.Nauarr.c.13.num.1, & communis,videtur ſufficiens cauſa, quando meſſores diebus ferialibus haberi nō poſſunt. Et ſi vindemia differatur, vuæ ſunt in periculo marceſcendi, vel alia arbitrio boni viri, nè res tempore pereant, viduis,pauperibus,quæ non poſſunt ſoluere mercedem meſſoribus,aut colligentibus vuas,ſed tantum victum, ob earum paupertatem, poteſt concedi licentia: quando eſt periculum, quod tina in qua adeſt muſtum diſſoluatur, quod ſolet contingere poſt aliquot dies,ſi eſt magna, poterit concedi licentia deferendi vinum ad domum in feſto, & aliæ iuſtæ cauſæ ſunt conſiderandæ iuxta qualitatem regionis.

7 Septimò, debitores ſolent infeſtare Epiſcopum, quod non debet fieri executio realis contra eos diebus feſtis; Dicendū quòd executio realis quæ fit ſine cauſæ cognitione, quia iàm fuit iudicatum,non debet impediri die feſto,Feder.conſ.144. Idem cenſuit ſacra Congregatio Conc.Trid. Executiones perſonales fieri nō poſſūt niſi debitores ſint ſuſpecti de fuga,DD. in c.fin.de iudicijs, Verum quia vt plurimum debitores,contra quos non poteſt fieri executio realis ſunt ſuſpecti de fuga, & ſi Epiſcopi vellent de ſuſpicione fugæ cognoſcere, quàmplura ſcandala orirentur; melius eſt, vt non impediatur executio realis,& perſonalis,in ciuilibus,& criminalibus ſine cauſæ cognitione. Et ita Neapoli, in qua florent doctiſſimi viri ſeruatur.

Octauò, quàmuis in diebus feſtis poſſint vendi comeſtibilia,quæ pro neceſſitate victus humani deſeruiunt c. 1. & cap. conqueſtus de ferijs,tamen vt cognoſcatur aliquod diſcrimen inter diem feſtum,& non feſtum,debent venditores ponere aliquod ſignum diebus feſtis,ſicut in Vrbe ſeruatur;nàm venditores

ditores carnium ponunt ante carnes telam albam. Neapoli duæ tabulæ ante apotecam, Aromatarij, Caupones, vendentes paſtillos, aut carnes ſalſas poſſent vendere, laborare, coquere, medietate ianuæ clauſa. Vbi ciues ſunt pauci, poteſt differri coctura panis poſt auditam Miſſam, niſi neceſsitas vrgeat. Idem dicendum in molendino, quod vi, ventorum, vel fluminis molit, vt ceſſante neceſsitate prius audiatur Miſſa.

8 Nono, Epiſcopus contra laborantes diebus Feſtis, non debet rigide procedere, quia artifices, vt plurimum ſunt pauperes, & nonnulli laborant ex neceſsitate alijs ignota. Idcirco deberet exigi media pœna, & frequenter remitti pauperibus. Contra reſiſtentes vero Curſoribus Curiæ exequentibus pœnas debet acriter procedi, vt diximus in praxi cap. 60. Alia circa hanc materiam poſſunt videri apud ſummiſtas, ſatis ſit hæc breuiter tamquam frequentiora attigiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Peccat Epiſcopus, qui non vigilat circa honeſtatem, & vitam Clericorum.*

2 *Epiſcopus debet ſcire Canones, tractantes de honeſtate Clericorum.*

3 *Epiſcopus an poſsit compellere Clericos ad conueniendum in Eccleſia diebus Feſtis.*

4 *Clerici fugiant conuerſationem Laicorum.*

5 *Baſilius, Auguſtinus, vehementer exeandeſcebant in detractores.*

6 *Auguſtinus poſuerat pœnam contra Clericos iurantes.*

7 *Clerici non debent intereſſe conuiuijs nuptiarum.*

8 *Clerici in conuiuijs Defunctorum debent modeſte ſe gerere.*

9 *Peregrini Sacerdotes, non paſsim admittendi ad celebrandum diuina.*

Digitized by Google

CAPITVLVM XC.

De vigilantia Epiſcopi circa vitam, & honeſtatem Clericorum, & morum reformationem.

1 PECCAT mortaliter Epiſcopus, qui non vigilat circa vitam, & honeſtatem Clericorum, & morum reformationem. Clemen. 1. de celebratione Miſſarũ. Clemen. 1. de vita, & honeſt. Clericorum. Id etiam præcipitur in Conc. Triden. cap. 1. ſeſſ. 22. de reform. Et ſtatuitur quòd à decreto correctionis morum non poſsit appellari.

2 Secundò, Iuxta Bonifacium in dicta Clemen. 1. de celebratione Miſſarum, peccat Epiſcopus, qui ignorat Canones, tractantes de morum reformatione, & cultu diuino, ex dicta Clementina, ſed Gloſſa, ibi dicit eſſe Conſilium.

3 Tertio quæritur, An Epiſcopus ad continendum Clericos in ſeruitio Diuino poſsit eos, qui beneficia non habent compellere ad conueniendum, in Miſſa Conuentuali Eccleſiæ Cathedralis, vel Parochialis diebus Feſtis? Et dicendum eſt quòd ſic, ex capitulo. Et hòc attendendum, de conſecr. diſt. 1. Sed hoc intelligitur, dummodo expediat, & non aliter, iuxta dicta à nobis in cap. 5.

Quarto monendi eſſent ſæpe Clerici, vt iuxt. Conc. Trid. d. cap. 1. in habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque omnibus rebus, nil, niſi graue, ac religione plenum præſeferant, quòd leuia delicta effugiant, quæ in ipſis ſunt maxima apud homines. Experientia etiam didici, quoſdam defectus particulares à Clericis eſſe omni diligentia vitandos.

4 Primus, vt conuerſationem cum Laicis, fugiant; fuerunt enim ſemper Clericis infeſti cap. Clericis, de immunitat. Eccleſiarum in Sexto, niſi neceſsitas, vel ſcandalum aliud ſua-

deant. Etenim crebro compertum eſt, quòd Laici, quando animi cauſa aliquò ſe conferunt, ſolent loqui de rebus venereis. Si Clerici præbent aures, & reſpondent, atque aſſentiuntur, poſtea Laici detrahunt illis; ſi ægrè ferunt ſermones obſcænos Laicorum, & non reſpondent, recreatio conuertitur in mæſtitiam, ita quòd melius eſt abſtinere à tali conuerſatione.

5 Secundus, vt vitium detractionis ex animo deteſtentur, & iuxta Bernardum, nunquam loquantur de peccatis aliorum, quamuis notorijs.

Sanctus Baſilius, & S. Auguſtinus odio habebant detractores, & in eorum præſentia de aliorum vitijs loqui non ſinebant. Et S. Auguſtinus vt ſupra commemorauimus in cap. 13. aliquos verſus contra obtrectatores in pariete deſcribi fecerat. Legitur de quodam Epiſcopo, qui erat in Purgatorio, & vehementer affligebatur ex fœtore Clerici ſui exiſtentis in Inferno, aſcendente ad ipſum, quia detractiones eius, quandoque audierat, & eum non corripuerat, vt debebat. S. Ioannes Eleemoſynarius quoſdam eius familiares alijs detrahentes increpauit, dicens. Qui ſcit, ſi Deus remiſit illis iniquitates, & oblitus eſt peccatorum eorum, & non amplius peccent, vos autem in peccatis veſtris perſeueratis.

6 Sanctus Auguſtinus etiam odio habebat iurantes ſine cauſa, nè ex frequenti iuramento quiſquàm facilè in periurium incidiſſet: ob id pœnam poſuerat ſuis Clericis, quòd ſi ſemel quis iuraſſet, vnam de ſtatutis perderet portionem: erat enim numerus poculorum præfixus ſuis ſecum commorantibus, & conuiuantibus; & tandem ſunt monendi, vt omnes Canones de vita, & honeſtate Clericorum obſeruent, cùm enim Clerici bene viuunt, totus populus ad Dei cultum, & pietatem mouetur.

7 Abuſus Clericorum interueniendi conuiuijs nuptiarum, qui in aliquibus locis viget, tollendus eſt, ex cap. Presbyteri. diſtin. 34.

8 Et Clerici in conuiuijs Defunctorum debent modeſtè ſe gerere, cap. Nullus. de conſec. diſtin. 5. Diaz in praxi ponit multa de honeſtate Clericorum, ſed habenda eſſet ſemper præ ma-

nibus Epiſtola diui Hieronymi ad Nepotianum de vita Clericorum.

9 Dicit Hoſtienſ.in ſum.de pœniten. §.Cui Epiſcopus, quòd Epiſcopus admittens Sacerdotes peregrinos non notos ad celebrandum diuina, peccat, quia ſolent eſſe delinquentes.cap. Non oportet. de conſecr. Concil. Tridentin. de obſeruandis, vel vitandis in celebratione Miſſarum, verum ad alia poterit admittere; & tamquàm hoſpites non debent expelli. Archid. in d.cap.non oportet.Gloſſ.in cap.Inter. de Clericis peregrinis.Extrauagan.Iniunctæ de electione, quod eſt notandum, quia non poteſt ſine cauſa expelli Clericus exterus, qui non vult ordines exercere. Item peccat Epiſcopus mortaliter non declarans excommunicatos Presbyteros audientes leges Ciuiles.ex cap.ſuper Specula.ne Clerici, vel Monachi, & ſatis ſit quò ad hoc Caput.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt protector Vniuerſitatis.*
2 *Epiſcopus poteſt appellare à ſententia lata contra Ciuitatem, vel ſubditos ſuos.*
3 *Epiſcopus procuret expeditionem litium Vniuerſitatum.*
4 *Epiſcopus prauos Gubernatores Vniuerſitatum amoueri faciat.*

CAPITVLVM XCI.

De Protectione totius Vniuerſitatis habenda ab Epiſcopo.

1 MEMOR eſſe debet Epiſcopus, quòd non ſolum eſt Protector Orphanorum, Viduarum, & Pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, ſed totius Vniuerſitatis.

2 Ita, quòd poteſt appellare pro illa, vel ſubditis ſuis.cap.Dilectis. in princ.de appell. Guido Papa deciſ. 464.

Digitized by Google

464.ipſi enim Prælato ex officio incumbit cura boni publici, Sotus de ratione tegendi membro 2. q. 2. Beatus Carolus Borromeus Ciuitatem ſuam amantiſſimè iuuit, multa illi ad commodum temporale,& ornamentum procurauit.

3 Inter alia deberet Epiſcopus procurare tamquàm protector Vniuerſitatis,quòd eius lites extinguantur, quæ vt plurimum fouentur à paucis malignis,ignaris,habentibus intereſſe, decipientibus, ſimplices, & fiunt immortales cum detrimento pauperum, quorum magna pecunia effunditur, & damno totius reipublicæ iuxta Clement. Diſpendioſam, de iudicijs l. ſi quis §.in ciuilibus ff. de capt. & poſt lim. & poterit procurare hoc, per viam concordiæ vel ſententiæ intercedendo apud Superiores,& omni meliori modo.

4 Pariter ſi adeſt aliquis Gubernator oppreſſor pauperum, debet conari,vt amoueatur, vel emendetur, quinimo ſi Princeps eſt tyrannus, vltra ea quæ ſupra diximus in c. 61. debet ſupplicare Regi,vt remedium adhibeat,& alia faciat,quæ pro vniuerſitatis protectione neceſſaria arbitrabitur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, dicitur, cuſtos Canonum, & executor.*
2 *Epiſcopus, non ſeruans Canones grauius cæteris peccat.*
3 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi in caſibus ſibi ſpecialiter à iure permiſſis.*
4 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſine cauſa.*
5 *Epiſcopus peccat ſi non diſpenſat, quando adeſt ratio diſpenſandi.*
6 *Epiſcopus an diſpenſet inuito accuſatore, qui ius ſuum proſequitur.*
7 *Epiſcopus ſi non ſeruat, nec ſeruari facit Canones, ex contemptu, poteſt ab eo licitè recedi, tamquàm à præciſo ab Eccleſia.*

CAPITVLVM LXXXXII.

De ſollicitudine Epiſcopi circa obſeruationem Canonum.

1 SIQVIS vellet recenſere omnes particulares ſollicitudines Epiſcopi, non ſufficerent pleraq; volumina: Nos vero, frequentiores memorandas duximus. Hortamur tamen, atq; enixè deprecamur Reuerendiſſimos Antiſtites, vt Sacroſancti Concilij Tridentini decreta,& alios ſacros Canones diſtrictè obſeruari curent,memores, quòd Epiſcopi dicuntur cuſtodes Canonum, Archid. in c. Cùm ſimus 9. q. 3. & executores Canonum,ad quos pertinet illos obſeruari facere,tranſgreſſores puniendo, Clem. 1. de ætat. & qualit. Clem. 2. de pœnis, & Clem. præſenti, de cenſibus,& in dictis locis Doctor.

2 Et proinde Epiſcopi tranſgreſſores Canonum magis peccant, quàm alij, Sot. de ratione regendi, memb. 3. quæſt. 2. concl. 2.

3 Et Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper Canones, niſi in caſibus ſibi ſpecialiter à iure permiſſis,iuxta veriorem opinionem Doctorum, Archid. in c. Nulli diſt. 38. & in c. Requiritis prima q. 7. Innocentius,Abbas in c. Cùm ad Monaſterium de de ſtatu Monachorum.

4 Et quando poteſt diſpenſare,debet facere cum cauſa, aliàs diſpenſatio eſt nulla,Conc. Trid. c. 18. ſeſſ. 25. de reform. communis in c. At ſi clerici, §. de adulterijs, de iudicijs. Cauſa verò debet eſſe vrgens,iuſtaq; ratio,& maior quandoq; vtilitas, d. c. 18.

5 Et è contra, Epiſcopus quando adeſt ratio diſpenſandi, ſi non diſpenſat peccat. Gloſ. in c. Domino ſancto, diſtinct. 50. & ibi DD.

6 No-

6 Notandum etiam quòd in caſibus in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, id poteſt facere etiam inuito accuſatore, qui ius ſuum proſequitur in iudicio, Archid. in c. ſi quis diſt. 50. Caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, ponit Speculator, de diſpenſatione, Burghoſius de irregularitate.

7 Vnum eſt menti tenendum, quòd Epiſcopus non ſeruans, vel non ſeruari faciens Canones, ex contemptu formali incidit in periuria, & ſubijcitur alijs pœnis vt p Abb. in c. Ego N. de iureiur. qui allegat Gloſſ. in c. Sacerdotes 2. q. 7.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcoporum iniqua ſors, quòd non habent, qui eos corripiant.*
2 *Epiſcopi indigent correctione, pluſquàm priuati homines.*
3 *Subditi tenentur arctius ad correctionem Prælatorum, quàm aliorum.*
4 *Epiſcopus deberet ſibi eligere correctorem.*
5 *Epiſcopi quomodo corripiendi.*

CAPITVLVM LXXXIII.

De correctione ab Epiſcopo benigne ferenda.

1 EX ſupradictis aliquantulum colligi poteſt, quàm periculoſum, & laborioſum ſit onus Epiſcopale, de quo ſunt plena infinita volumina, ſed eius magnitudinem imbecillitas ingenij mei, vix à longe attingere potuit. Pro complemento vero huius mei exigui laboris, in medium proferre decreui, Epiſcopos in periculo verſari, quia ſi Canones non obſeruant, & quæuis praua committant, vt plurimum correctores non habent; Nàm alij verecundia, alij timore, alij ambitione, & gratia comparanda ab eorum

correctione ceſſant; cum magna illorum, & populi iactura.

2 Eſt enim clarum, Prælatos ſi quandoq; labuntur plus indigere correctione, quàm priuatos homines, quia eorum peccata tendunt in perniciem publicam, c. Præcipuè xi. q. 3.

3 Et ſubditi vt infra arctius teneantur corripere Prælatos, quàm alios fratres, aut priuatos homines; nàm accuratius tenentur occurrere malo communi, quàm priuato, Ita eleganter tradit Sotus, de ratione tegendi, memb. 2. q. 3. concl. 5.

4 Et ex his liquet, quòd Epiſcopus deberet aliquem virum ſpectatæ virtutis, & prudentiæ eligere, qui ipſum admoneat, & corripiat, nè tanquàm ille languidus permaneat, hominem non habens, qui mittat eum in piſcinam. Singulare exemplum præbet S. Ludouicus Epiſcopus, qui correctorem habere voluit, vt ſua peccata ſeriò obſeruaret, & admoneret liberrimè, nec quicquam commouebatur, etiamſi de leuiſſimis argueret; qui cùm aliquando eum monuiſſet coram alijs, & illi indignè ferentes, correctorem grauiter increpaſſent, eos benignè mitigans. S. Ludouicus; hoc in rem meam eſt, inquit, & ſic ſtatui. Beatus Carolus Borromeus mira modeſtia paſſus fuit ab alijs moneri, & illos ſic audiuit, ac ſi ipſe eos monuiſſet, ſummiſſeq; vel ſuarum actionum rationem reddebat, vel faciebat, quod monebatur. Concionatorem, qui illum publicè & nominatim præſentem in Eccleſia reprehendebat, non ſolum permiſit, vt concionaretur, ſed ipſe quoq; frequens erat eius auditor.

5 Corripiens vero Prælatum, non debet eſſe quilibet de plebe, ſed perſona prudens, & exemplaris, & debet corripere cum reuerentia, non increpando, ſed admonendo, & obſecrando, vt dicit Paulus, hoc eſt, explicando grauitatem flagitiorum, quæ augentur ex dignitate perſonæ, & detrimento ſubditorum, quod patiuntur ex malo exemplo Superioris. Et ſi peccata ſunt occulta, occultiſſimè corripiantur, ne ſententia Cham damnentur qui ſuorum Doctorum culpam produnt, c. ſententia. 2. q. 7. Quòd ſi peccata Prælatorum tendunt in perniciē publicam, vt hæreſis vel alia ſcandaloſa, licet eos publicè arguere, ſic Paulus reſtitit in faciem Petro, c. Paulus 2. quæſt. 7.

S. Tho.

S.Tho. 2. 2. q. 33. art. 4. Ita notab. Sotus loc. cit. Si autem Epiſcopus nollet ferre correptionem, cenſeo grauiter peccare, quia agitur de præiudicio publico, & malè ſentiendum eſſet de Epiſcopo qui non ſe humiliat.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſynæ oblata pro defunctis ab exiſtentibus in peccato mortali, an, & quando proſint.*
2 *Indulgentia pro defunctis an conſequatur exiſtens in peccato mortali.*
3 *Cauſæ plures referuntur, ex quibus fideles moueri debent ad ſubueniendum exiſtentibus in Purgatorio.*
4 *Ioannes Eleemoſynarius, quid ſeruabat vt mortis memor eſſet.*
5 *Exemplum ſingulare præparationis ad mortis cuiuſdam Epiſcopi.*

CAPITVLVM LXXXXIV.

De ſollicitudine Epiſcopi, vt fideles orent pro defunctis, & alia opera pia, pro illis faciant.

EQVVM eſt, quòd ſicut Epiſcopi debent eſſe præ ceteris charitate feruidi, ita ſpecialem curam habeant animarum in Purgatorio exiſtentium, Et vltrà dicta à nobis ſupra, deberet Epiſcopus frequenter hortari fideles ad ſubueniendum illis, & quia ſolent eleemoſynas facere in die Commemorationis defunctorum.

1 Vtile eſſet ſi Epiſcopus, per aliquot dies ante admoneret illos, vt eleemoſynas in gratia faciant, confitendo ſua peccata, vel ſaltim habendo contritionem, quia aliter defunctis nõ prode-

proderunt, niſi eſſet ſacrificium miſſæ, ex opere operato, vel alius tamquàm exequutor alterius faceret eleemoſynam, dummodo mandans tempore mandati fuerit in gratia, vel ſi aliquis exiſtens in peccato, daret eleemoſynam alicui ſancto viro, vt pro defunctis oret, quia illius ſancti oratio proderit. S. Thomas in ſupplem. 3.partis q. 71. art.4. Turrecrem. in c. Animæ.

2 Si quis tamen vellet conſequi Indulgentiam pro defunctis, & faceret opus,per quod eis applicatur,in peccato,conſequitur indulgentiam pro mortuis, iuxta veriorem opinionē Gab. lect.57. ſuper Canone,Toletus in inſtruct. Sacerd. lib. 6. cap. 26. & alij.

3 Cauſæ quibus moueri debent fideles ad ſubueniendum defunctis ſunt plures,quarum certiores fieri deberent, ſaltim à Curatis,ſed melius eſſet ſi ab Epiſcopo.

Prima grauitas pœnæ, nàm minima pœna Purgatorij excedit omnes pœnas huius mundi illatas à quouis tyranno,pluſquàm ſi aliquis trucidaretur in fruſta, vel combureretur, Auguſt.Can.nullus §.Hic autem,de pœnit. diſt.7. S. Thomas, & alij, Vnde Auguſtinus in ſermone 44. ad Fratres de Eremo: O quàm grandis crudelitas, Fratres mei, ò quàm grandis inhumanitas; Ecce enim infirmus iacet,& clamat, & à medicis conſolatur,clamat porcus,& omnes cum eo, clamare non ceſſant. Cadit Aſinus,& omnes eum ſubleuare feſtinant, ſed clamat in tormentis fidelis, & non eſt qui reſpondeat, & magis quòd ſunt in tanta miſeria,vt orationibus ſuis nullatenus exire poſſint.

Secunda cauſa propter gratitudinem,vel amicitiam,quāta enim paſſus fuit pater in hac vita pro filio, & mater? maritus pro vxore,& è contra,ad quid ergo deſeruiuit conſanguinitas vel amicitia,aut fuiſſe de eadem patria,ſi cum modico labore, aut nullo ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis poſſint miſeræ animę adiuuari, & non adiuuantur; O ſi poſſemus ponere aures ad os Purgatorii,quot clamores, quot eiulatus audiremus aduerſus conſanguineos, amicos, & alios, qui receperunt beneficia à defunctis.

Tertia

Tertia cauſa ratione timoris,quia poteſt eſſe quòd ſint in Purgatorio,propter malum exemplum viuorum,vel quia non fuerunt correcti ab illis ad quos pertinebat correctio.

Quarta, quia ſi orauerint pro alijs, pro ipſis poſt mortem orabitur c.non extimemus 13. q.2. Auguſt. loc. cit. vnde non eſt mirum ſi filij diuites aliquando non ſubueniunt parentibus defunctis; quia potuit hoc permittere Deus, ex quo ipſi parentes pro ſuis anteceſſoribus non orauerunt: etenim qua menſura menſi fuerimus alijs,remetietur & nobis.

Quinta propter breuitatem vitæ, quia contingere poteſt, quòd viuentes nunc intra breue tempus cruciabuntur in Purgatorio,& probantes atrocitatem pœnarum,aliorum ſuffragia optabunt.

Sexta propter vtilitatem, quæ percipitur ab animabus quæ liberantur à pœnis: eſt enim piè credendum, quòd dictæ animæ orent pro illis, qui eis ſubuenerunt, & multa exempla leguntur de animabus Purgatorij, quòd eorum deuotos ab inimicis,& alijs periculis liberauerunt; proſunt etiam facientibus ſuffragia ad meritum vitæ æternæ. S. Thomas d. q. 71. art.4. Debet etiam Epiſcopus corripere acriter blaſphemantes animas pauperum defunctorum,non ſine magno ſcandalo.

4 Mortis etiam,& ſi omnes memores eſſe debēt iuxta Sapientis dictum, præcipuè Epiſcopi id ſeruare tenentur: ſingulare exemplum reliquit S. Ioannes Eleemoſynarius: vt .n. mortis non obliuiſceretur,mandauit conſtrui eius ſepulcrum,ſed non perfici, & iniunxit vni ex ſuis familiaribus, vt ſingulis diebus feſtiuis,& ſignanter quando comedebat,ac conuiuas in menſa exceperat, ei diceret: Reuerendiſſime Domine, memento quod tuum ſepulcrum non eſt perfectum, manda vt compleatur,quia ignoras,quando eo indigebis.

5 Præclarum etiam exemplum præparationis ad mortem,cuiuſdam Epiſcopi ſingularis vitæ; refert Cęſarius de illuſtrib. miraculis lib.3. Cùm enim Epiſcopus ageret in extremis,nec Confeſſorem requireret, dixerunt ei Clerici ſui; Domine es valde debilis, quare non facis confeſſionem peccatorum? Reſpondit Epiſcopus; non faciam, illis replicantibus, adijecit; Puta-

Putatis ſtolidi, quòd vſque ad hanc horam diſtulerim confeſſionem meam? dixerunt ei iterum. Conſilijs regis intereſſe ſolebas. quibus rurſum reſpondit: Non aliter fui coram Rege, quàm Chriſtus coram Pilato. Hoc fecit Epiſcopus ad exemplum, nè confeſſio differatur vſque ad mortem, mundabat .n. quotidie conſcientiam ſuam, nec differebat de die in diem, iuxta Eccleſiaſt. Ante mortem confitere. Tandem vigilare debet Epiſcopus ſuper ſuo grege: Quia non dormitabit, neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael; neque dormitabit, aut dormiet, qui impugnet Iſrael: & iuxta S. Hilarium, quando Chriſtus dixit diſcipulis ſuis: Vigilate quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Licet in communi omnes fuerit hortatus ad vigilandum, tamen ſpecialiter Epiſcopis ſollicitudinem demandauit.

LAVS DEO.

INDEX RERVM

SINGVLARIVM.

QVAE IN HOC MANVALI PASTORVM habentur.

Cuius numerus paginam indicat.

A

ABSOLVI ab excomunicatione, an, & quando debeat inuitus. fol. 202

Accuſatio grauat opinionem hominis. 68

Adulti, qui confirmantur, debent prius confiteri ſua peccata, & quare. 171

Altare quibus modis frequentius exercetur. 280

Ambroſius non ordinauit quoſdam leuiter in inceſſu ſe habentes. 46

Ambroſius quomodo corripiebat peccatores. 67

Ambroſius omni conatu otiũ declinabat. 75

Amentes quando confirmãdi. 170

Angeli cuſtodes iurium Epiſcopalium. 239

Articulos fidei, tenetur quilibet credere explicite, de neceſſitate ſalutis. 119

Auguſtinus, nec vxorem cuiquam procurauit, nec militare volentem ad hoc commendauit, & quare. 13

Audientia Epiſcopi gratiſſima eſſe debet. 45

Auguſtinus poſuerat pœnam contra iurantes. 291

B

BAro debet amare ſuos ſubditos vt fratres, & exiſtimari tamquam vnus ex illis. 218

Baſilius, Auguſtinus vehementer excandeſcebant in detractores. 291

Beneficium, quando poſſit conferri mi-

Digitized by Google

piſcopi, ne pauperes mordeant. pag. 183
Clerici fugiant conuerſationem laicorum. 290
Clerici non debent intereſſe conuiuijs nuptiarum. 291
Clerici in conuiuijs defunctorum debent modeſte ſe gerere, ibid.
Clemens Papa VII. quam ex animo peccatum auerſabatur. 9
Cyrillus, quid notabiliter dicat de ſanctitate Epiſcopi. 8
Charitas in Epiſcopo relucere deberet. 10
Clericus propter ſcandalum non priuatur. 18
Conſanguinei Epiſcoporum à tyrannis banditi, à Deo miro modo adiuti. 27
Confidentia Epiſcopi, in Deo potiſſimum collocanda. 33
Contemptus omnium temporaliũ ſummopere Epo conuenit. 37
Chryſoſtomus, & alij, pro nihilo habebant iacturam temporalium. 38
Corpus Chriſti, non debet reponi ſuper ſepulcra mortuorũ. 280
Conuiuia Sancti deteſtati ſunt. pag. 56
Compoſitio non debet fieri niſi in leuibus delictis. 64
Clementia in Epiſcopo valde commendatur. 66
Collatio beneficij facta penitus illitterato eſt nulla. 133
Ciuis an præferatur extraneis in beneficijs. 135
Conſanguinei Epiſcopi, qui receperunt ſuperflua Eccleſiæ, an teneantur ad reſtitutionem. 154
Clerici occultãtes frumentum tempore penuriæ grauiter puniendi. 167
Confirmatio debet fieri cum ſigno Crucis. 171
Communicare fideles proprijs manibus, ſæpe deberet Epiſcopus. pag. 196
Confeſſarios exteros mittere per Diœceſim vtile eſt. 192
Confeſſarij debent notificare Parochis infirmos. ibid.
Clerici perturbantes rẽpublicam grauiter puniendi. 209
Clericus an poſsit compelli, vt aſcẽdat ad ſuperiores ordines. ib.
Clerici, qui non gaudent priuilegio fori, non debent gaudere priuilegio immunitatis. ibid.
Clerici non ſint procuratores Vniuerſitatis contra Baronem, niſi Vniuerſitas non habeat defenſorem. 210
Clerici an teneantur contribuere cum laicis in communibus vtilitatibus. 222
Cura animarum Diœceſis principaliter eſt commiſſa Epiſcopo. pag. 190
Cura domus Epiſcopi debet alijs committi. 38

D

DEtractiones in menſa quomodo vitabat Auguſtinus. 56
Declaratio excomunicationis, ſuſpendi non debet ſine graui cauſa. 206
Defunctis Epiſcopis detrahentes ſunt puniendi. 212

Deus

ri, minus digno, omiſſo digniori. 134

Beneficium an ſit conferendum digno de gremio Eccleſiæ omiſſo digniori. 134

Bernardus quid notabiliter dicat de malis Prælatis remiſſiuè. 98

Beati Caroli Borromei ſingularia verba circa fortitudinem Epiſcopi. 32

Bona Eccleſiarum dicuntur patrimonium Crucifixi. 242

C

CAppellanus, an poſſit præuenire celebrationem Miſſarum. 230

Cappellanus debet celebrare ſalua honeſtate, & quomodo id intelligatur. 231

Cappellanus an poſſit abeſſe per duos menſes in anno, quando reſidere tenetur. ibid.

Cappellanus infirmus an teneatur celebrari facere per alios. pag. 232

Cappellanus eligendus Sacerdos, an debeat eſſe actu. ibid.

Cappellania an poſsit obtineri à Canonico in eadẽ Eccleſia. ibid.

Carcerati pauperes Epiſcopi impẽſis ſunt defendendi. 259

Carcerati quãdo ab Epiſcopo ſint alendi. ibid.

Carcerati pro cauſa Sanctæ fidei benignius aliĵs tractandi. ibid.

Celebratio miſſarum, an poſsit imponi ab Epiſcopo vbi non reperitur. 228

Clericus poteſt compelli ad præſtã dum operas Eccleſiæ, puta fabriles. 240

Charitatiuum ſubſidium quando poſsit exigi. 248

A quibus debetur. ibid.

An à pauperibus. ibid.

Choreæ, & cantilenæ in Eccleſiis probibentur. 277

Deambulationes. ibid.

Quæſtus Eleemoſynarum. 278

Conuiuia. ibid.

Comeſtibilium, & aliarum rerum delatio. ibid.

Clericorum cauſæ celeriter expediendæ. 259

Confeſſarĳ carceratorum debent eſſe doctiſsimi. 257

Conſulentes ariolos, magos, ſunt excomunicati. 274

Chryſoſtomus quid fecerit contra conſulentem aduerſus immunitatem. 279

Cauſæ quibus moueri debent fideles ad orandum pro fidelibus defunctis. 298

Canonici quando poſsint ceſſare à diuinis. 281

Canonici non poſsunt donare diſtributiones abſentibus. 283

Cauſæ quæ excuſant abſentes ab omiſsione diſtributionum. ibid.

Canonicus celebrans in Cappellania tẽpore officĳ, an lucretur diſtributiones. 284

Canonici exiſtentes in choro tenentur pſallere, & non ſatisfaciunt ſubmiſſe cantando. 285

Caroli Borromei mira conſtantia circa amiſsionem temporalium. 38

Canes non debent eſſe in domo Epiſcopi

Deus iratus animas percutit propter alienationem Eccleſiæ bonorum. 243
Denuntians falſo impedimentũ matrimonij, debet grauiter puniri. 271
Denuntiationes ante matrimonium, non ſunt remittendæ ſine cauſa. 270
Denuntiare debet quilibet de populo delicta tendentia in perniciem publicam. 275
Delinquentes non debent morari in Eccleſiis. 279
Dicta Sanctorum referuntur de periculo dignitatis Epiſcopalis. pag. 4.
Diabolus dominatur malis Prælatis, quaſi pecori ſuo. 8
Dictum memorabile S. Ambroſii in eius obitu. 11
Diſpenſatio ab Epiſcopo gratis dãda. 250
Diſſimulatio in Prælato eſt peccatum. 91
Dignitas in beneficijs quomodo cõſideranda. 132
Domus Epiſcopi dicitur locus publicus. 56
Dos Eccleſiæ, quanta eſſe debeat. pag. 130
Domus Epiſcopi debet eſſe cõmune hoſpitium, & non ſufficit vnum, aut duos recipere. 183

E

Eccleſia non poteſt incaſtellari. 278
Epiſcopalis dignitas magna. 1
Epiſcopus deſiſtens ab intentione tendendi ad perfectionem, peccat. 2
Epiſcopatum magis quàm mortẽ eſſe vitandum, dixerunt Sancti. 5
Epſcopi Sancti ſunt cauſa vt cæteri proficiant. 7
Epiſcoporum peccata, nec parua diſſimulari poſſunt. 9
Epiſcopi grauius puniuntur de peccatis commiſſis poſt adeptã dignitatem. 8
Epiſcopus viſitare debet mulieres ægras ſtipatus alijs. 11
Epiſcopus eleemoſynas viduis, per ſenes eroget. 12
Epiſcopus ne familiaritatem cum mulieribus deuotis habere debet. ibid.
Epiſcopi debent obliuiſci obtrectatorum, qui illis detraxerunt dum crearentur Epiſcopi. 16
Epiſcopus non debet eſſe nimis credulus. 19
Epiſcopus dicitur ferrum. 21
Epiſcopi qui laicis adhærent contra Eccleſiæ iura, vocantur arietes ſine cornibus. 24
Epiſcopi miſſi ad laborem, non ad quietem. 28
Epiſcopis à principio omnia tranquilla, quouſque morum reformationem aggreſſi fuerint. 29
Epiſcopi non debent contriſtari, ſi non omnia proſpere illis ſuccedant. 32
Epiſcopus non debet ſine neceſſitate exercere quædam officia ſpiritualia humilia, vt mũdare Eccleſiam, eijcere canes de ea, ſeruire in Miſſa. 40

Epi-

Epiſcopus non frequentet aulam Principum. 41
Epiſcopus pluribus ſtipatus incedat ibid.
Epiſcopus non debet occurrere Principi Ciuitatem adeunti. 42
Epiſcopus in conſpectu mulierum non oſtendat vultum bilarem. ibid.
Epiſcopus dum tractat ſpiritualia, quæuis negotia abijciat. ibi.
Epiſcopus an poſſit vti paramentis, & vaſis pretioſis 43
Epiſcopus deberet commorari in locis inſignibus 45
Epiſcopus debet communicare cũ Deo negotia ſua 47
Epiſcopi aliqui oratione Clerum reformauerunt 48
Epiſcopus non debet tractare Clericos, vt vaſſallos, aut more ſeruili 59
Epiſcopus non debet gloriari in dignitate ibid.
Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſine cauſa in delictis, & ſi diſpenſat, ſucceſſor poteſt venire contra 62
Epiſcopus nimium ſeuerus ſolet incidere in peiora peccata 67
Epiſcopus non ſit facilis ad carcerandum, vel citandum Clericos 68
Epiſcopi eleemoſynarij magis abũdant 69
Epiſcopi nomen, nõ meretur, qui non eſt eleemoſynarius 70
Epiſcopus, qui non dat ſubſtantiã pro ouibus, quomodo dabit animam ibid.
Epĩ amor erga eius ſponſam. 72
Epiſcopus appetens alium Epiſcopatum ratione maiorum redditũ peccat ibid.
Epiſcopus debet amare ſuos ſubditos illum perſequentes 73
Epiſcopi ſunt miſſi ad procurandam ſalutem inimicis ſuis. 74
Epiſcopi propter ingratitudinem ſubditorum, non debent deſerere eorum officium ibid.
Epiſcopus dicitur Deus Clericorum 76
Epiſcopus quãdo poſſit venari. ibi.
Epiſcopus non debet alere canes venaticos, ſed poſſet maſtinos, & bracchettos ibid.
Epiſcopus an poſſit eſſe tutor. ibi.
Epiſcopus principaliter vacet diuinis ibid.
Epiſcopus non debet eſſe vltimus ad ſciendũ vitia domus ſuæ. 78
Epiſcopus debet remunerare familiares benemeritos 79
Epiſcopus malefacit expellens familiares ſuorum prædeceſſorũ, qui fideliter ſeruierunt ibid.
Epiſcopus debet habere ſecum Clericos boni teſtimonij ibid.
Epiſcopus non permittat famulos tractare negotia ibid.
Epiſcopus non debet habere nimiã familiaritatẽ cum domeſticis. 80
Epiſcopus debet habere ſecum viros litteratos ibid.
Epiſcopus expellat famulos adulatores ibid.
Epiſcopus non debet eſſe nimis credulus ad ea quæ de alijs audit. 81
Epiſcopus non oſtendat ſe habere maiorem familiaritatem cum vno famulo, quã cum alijs. ibid.

Epiſcopus debet humaniter tracta re famulos, & eis imperare. ibi.
Epiſcopus debet deuotiſſimè recita re diuinum officium, & expedit vt illum diuidat 84
Epiſcopi ſæpè celebrantes magis il luminantur à Deo ad regendú. ibid.
Epiſcopi audientia grata, & beni gna eſſe debet 85
Epiſcopo poſt prandium licebit ali quantulum recreari 86
Epiſcopi non regulares peccant nõ deferendo rocchettum in publi co 88
Epiſcopus quid quotidie facere de bet ex beata Virgine. ibid.
Epiſcopus contempletur quotidiè Paſſionem Chriſti 89
Epiſcopus quando veſtitur de ma ne quid dicere poterit ibid.
Epiſcopus deberet quotidie exami nare conſcientiam ſuam 90
Epiſcopi munus præcipuum quod ſit 91
Epiſcopus dicitur ſpeculator, & ſuperintendens ibid.
Epiſcopus de qua culpa tenetur, ſi de leui vel leuiſſima 93
Epiſcopus ante omnia debet vigi lare vt ſaluet animam ſuã. 94
Epiſcopi diligentiſſimè deteſtari debent peccata carnis 95
Epiſcopus debet procurare vtilia ouibus 100
Epiſcopus debet ponere vitam pro defenſione bonorũ Eccleſiæ. ibi.
Epiſcopus an teneatur ponere vi tam pro ouibus ſuis ſine extre ma neceſſitate 101
Epiſcopus an teneatur corripere Clericum cum periculo vitæ. ibid.
Epiſcopus quid teneatur facere quando pueri ſiunt captiui ab infidelibus, vel ſi virgines ca piantur à banditis 102
Epiſcopus in principio ſui regimi nis plura obſeruare debet 103
Debet ſe oſtendere benignum, & manſuetum ibid.
Inimicum auaritiæ 104
Non ſtatim mutet officiales an tiquos ibid.
Non permittat in eius ingreſſu fieri impenſas ſuperfluas à po pulo 105
Non ſtatim velit reformare omnia ibid.
Epiſcopus dicitur Nymphagogus & pronubus, qui non debet re linquere ſponſam 106
Epiſcopus an teneatur tempore pe ſtis miniſtrare ſacramenta. 107
Epiſcopus non excuſatur quod re linquat bonum Vicarium. 109
Epiſcopus ſi vouit Religionem ad quid teneatur ibid.
Epiſcopus an poſſit fieri, qui vouit Religionem 100
Epiſcopus peccat mortaliter non prædicans, & quando teneatur prædicare 111
Epiſcopus vtiliter ageret ſi compo neret libros pro ſalute ouiũ. 112
Epiſcopus prædicãs in peccato mor tali, quando peccet 114
Epiſcopus an ſalua grauitate, poſ ſit legere caſus conſcientiæ. 115
Epiſcopus ſub peccato mortali te netur inſtruere promouendos Sacerdotes per ſe, vel per alios.

Epi-

Epiſcopus peccat mortaliter non eligẽs idoneos prædicatores. ibi.
Epiſcopus tenetur intereſſe diuinis officijs diebus dominicis, & feſtis ſollemnibus. 116
Epiſcopus an conuenienter poſſit quotidie intereſſe Choro, & cum Canonicis pſallere. ibid.
Epiſcopus quando tenetur intereſſe choro, an teneatur pſallere. 117.
Epiſcopus qui accipit pecuniã, vt non viſitet, debet deponi. 119
Epiſcopus in viſitatione debet inſtruere Clericos in ſacramentis, & diuinis officijs. 121
Epiſcopus pluries in anno viſitãs, quot procurationes recipiat. 122
Epiſcopus in viſitatione non debet quærere quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, & debet ſeruare grauitatem, & auaritiam fugere. 123
Epiſcopus in viſitatione præter procurationem ab Eccleſijs nil muneris accipere poteſt. ibid.
Epiſcopus ſi receperit procurationem in pecunia, quæ illi ſuperſit pro victu, an quod ſupereſt, teneatur reſtituere. ibid.
Epiſcopus viſitans, an poſſit recipere munera à Laicis, Syndicis, vel Rectorib. Vniuerſitatũ. 124
Epiſcopus finita viſitatione, an poſſit aliquid recipere à Clericis. ibid.
Epiſcopus viſitans, an poſſit panes integros, & capones, aut fragmẽta quæ remanent in menſa ad domum portare, ſaltim pro facienda eleemoſyna. 125
Ẽps viſitans an poſſit recipere munuſcula comeſtibilia. ibid.
Epiſcopus an poſſit recipere munera à Clericis pſonaliter viſitatis qui veniũt ad eius domũ. ibi.
An procurationem ab Eccleſijs Ciuitatis, an à laicis, an ab hoſpitalibus. 126
An vecturas, & ferraturas equorum. ibid.
Quot euectiones ſecum ducere poſſit. ibid.
Prandiũ eius, quale eſſe debeat. ibid.
Epiſcopus viſitans Monaſteria Monialium debet habere ſecũ duos Canonicos Cathedralis. 127
Epiſcopus accedens ad Eccleſias diœceſis cauſa Confirmationis tantum, an dicatur viſitare, & poſſit recipere procurationẽ. ibi.
Epiſcopus quando viſitat per aliũ, quid poſſit exigere. 128
Epiſcopus, an poſſit reditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Eccl. Cathedralis. 130
Epiſcopus an poſſit reditus vnius Eccleſiæ diuitis aſſignare alteri Eccleſiæ pauperi. ibid.
Epiſcopus conferens beneficiũ indigno, peccat, & tenetur ad reſtitutionem, ſed ſi confert digno omiſſo digniori ſolũ peccat. 131
Epiſcopus an teneatur ad reſtitutionem digniori, cui non contulit Parochiam. 133
Epiſcopus conferens beneficiũ indignis, quomodo puniatur. ibid.
Epiſcopus an debeat inſtituere præſentatũ idoneum, ſi magis idoneus non præſentetur. 136
Ẽps non poteſt mutare qualitates appoſitas in beneficijs. 137

Digitized by Google

Epiſcopus tenetur eligere digniores ad officia Eccleſiaſtica. 140
Ep̃s tenetur de facto ſui Vic. ibid.
Epiſcopus tenetur de facto examinatorum. ibid.
Epiſcopus debet regere per Vicarium homines alterius linguæ quam non intelligit. ibid.
Epiſcopus quando poſſet vendere officia temporalia cum adminiſtratione Iuſtitiæ. 142
Epiſcopus debet exigere emolumenta ex ſigillo, & iuriſdictione, multò magis moderatè, quàm Iudex ſæcularis ibid.
Epiſcopus debet taxare officialib. pratia moderata, & quando eſt diues, debet gratis ſubſcribere ſcripturas, & apponere ſigillũ. ibid.
Epiſcopus poteſt vendere emolumenta iuriſdictionis, ſed non exercenti eam. ibid.
Epiſcopus non laborans, vt extinguantur inimicitiæ peccat mortaliter. 144
Et debet deponi ipſe, & Epiſcopi vicini, qui eum non adiuuãt. ibid.
Epiſcopus laborare debet, vt offenſi remittant actionem iniuriarum. 145
Epiſcopus deberet inſtituere ſocietatem pacis in Diœceſi. 146
Epiſcopus an poſſit remittere iniuriam ſibi illatam, vel reſtitutionem ſuæ famæ. ibid.
Epiſcopus non conſulat, vt beneficia ab alijs poſſeſſa impetrentur certo modo. 149
Ep̃s quare dicat Pax vobis. ibid.
Epiſcopus ſub peccato mortali debet excommunicare violatores pacis. ibid.
Epiſcopus poteſt compellere ad treguam ſubditos. ibid.
Epiſcopus nõ faciens eleemoſynas, quando teneatur ad reſtitutionem. 150
Epiſcopus quando teneatur ad fabricã Eccleſiæ, & an poſſit partem fabricæ dare pauperib. ibid.
Epiſcopus quando poſſet cõſeruare redditus ſuperfluos. 152
Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalẽ, quomodo debeat erogare reditus Eccleſiæ. ibid.
Epiſcopus ſi ſe reſtringat, poteſt, quod ſupereſt, in quosuis vſus expendere. ibid.
Epiſcopus, quid poſſit dare conſanguineis de redditibus Eccl. 154
Epiſcopus peccat conſtruendo magna palatia ex redditibus Eccleſiæ. 157
Epiſcopus an teneatur facere eleemoſynam Diœceſanis tantũ. ibi.
Epiſcopus debet ſubuenire Clericis pauperib. pluſquã alijs. 158
Epiſcopus an teneatur facere eleemoſynam publicè. 159
Epiſcopus nõ ſatisfacit officio, niſi ſit publicus benefactor. ibid.
Epiſcopus tenetur iure ſingulari, ad eleemoſynarũ largitionẽ. 160
Epiſcopus debet inquirere pauperes, vt illis eleemoſynã det. ibid.
Epiſcopus deberet erigere congregationem pauperum. 161
Epiſcopus tenetur de proprio patrimonio facere eleemoſynam, ſi reditus Eccleſiæ non ſufficiunt. ibid.

Epiſcopus eſt illuminatiuus aliorũ 162.

Epiſcopus pauper tenetur petere eleemoſinam à diuitibus,& erogare pauperibus. ibid.

Epiſcopus an poſſit conſeruare horrea plena tritico, vt vendat carius alio tempore. 164

Epiſcopi debent eſſe memores, illius tàm exactæ curæ pauperũ, quàm habebant Apoſtoli. ibid.

Epiſcopi qui non faciunt largas eleemoſinas, verſantur in magno periculo ſalutis. ibid.

Epiſcopus non debet deſiſtere ab eleemoſynis propter importunitatem pauperum. 165.

Epiſcopus peccat mortaliter non protegens pauperes 166.

Epiſcopus defendat pauperes, nè fraudentur eleemoſynis ibid.

Epiſcopus poteſt excommunicare diuites, non facientes eleemoſynas, ibid.

Epiſcopus excommunicat nolentes vendere victualia tempore penuriæ ibid.

Epiſcopi poſſunt indicere populo ieiunium 167

Epiſcopus poteſt exercere negotiationem pro ſubuentione pauperum 168

Epiſcopus an peccet confirmando alienos 170

Epiſcopus peccat confirmans ex veteri Chriſmate 171

Epiſcopus ordinans ſine examine, debet deponi 172

Epiſcopus ordinans illiteratos ſuſpenditur 174

Epiſcopus ſit diligens circa patrimonium ordinandorum 177

Epiſcopus Italus non ordinet Vltramontanos ibid.

Epiſcopus non excuſatur ſi lupus oues comedit,& ipſe neſcit, 176

Epiſcopus debet certiorari de neceſſitatibus diœc. de pauperibus, &c. ibid.

De infirmis, qui nõ poſſunt manibus proprijs laborare.

De infirmis in extremis laborantibus.

De peccatoribus publicis.

De inimicis capitalibus.

De defunctis pauperibus. 177.

Epiſcopus debet cognoſcere vultũ ouium ſuarum 178.

Epiſcopus debet viſitare infirmos 180.

Epiſcopus non viſitans infirmos, an peccet 181.

Epiſcopus debet curam expoſitorum habere 185.

Epiſcopus eſt defenſor libertatis ibid.

Epiſcopus debet excellenter vacare operibus miſericordiæ,corporalibus & ſpiritualibus. 187.

Epiſcoporum crudelitas demonſtratur qui non vacant operibus miſericordiæ ſpiritualibus, ibid.

Epiſcopus per inſtitutionem Parochi nõ exoneratur ſed eius onus alleuiatur 190

Epiſcopus an teneatur adminiſtrare ſacramenta ibid.

Epiſcopus deberet facere collationem cum Parochis, de neceſſitatibus Parochiæ ibid.

Epiſcopo an expediat audire con-

Digitized by Google

ſeſſiones fidelium. 195.

Epiſcopus peccat non inſtituens idoneos confeſſarios in Cathedralibus,& Collegiatis,& quid facere poſſit, vt tales habeat. 196.

Epiſcopus miniſtrans ſacramenta in peccato mortali, peccat mortaliter 198

Epiſcopus cõſecrans Eccleſias,Calices, Virgines, benedicens veſtes in peccato mortali an p. ibid.

Epiſcopus excommunicatus conſecrans calices, vel benedicens veſtes,an ſit irregularis ibid.

Epiſcopus benedicens in aliena diœceſi per tranſitum,an incurrat pœnam ibid.

Epiſcopus quidam, antequàm excommunicaret flebat 201.

Epiſcopus non debet eſſe promptus ad excommunicandum 203.

Epiſcopus non poteſt excommunicare propter iniuriam propriã, niſi iniuria concernat Eccleſiam ibid.

Epiſcopus excommunicans iniuſtè,peccat mortaliter,& tenetur ad reſtitutionem ibid.

Epiſcopus an teneatur denuntiare excommunicatos ibid.

Epiſcopus debet vigilare, vt excommunicatio non contemnatur 204

Epiſcopus conſeruet pacem cum Domino temporali, & quid facere debet 207

Epiſcopus non litiget cum Præfecto ibid.

Epiſcopus qui ordinat Clericos cũ cautione de non ſoluendo collectas,an bene faciet 210

Epiſcopus non introducat nouas exactiones ibid.

Epiſcopus non debet permittere in Eccleſijs morari delinquentes 211

Epiſcopus quid facere debet quando oritur controuerſia inter ipſum,& Principem ibid.

Epiſcoporum perſecutores, & detractores maledicuntur à Deo, ſunt infames,dicuntur perſequi & crucifigere Chriſtum, ibid.

Epiſcopus debet intercedere apud Principem,ne opprimat pauperes 213

Epiſcopus poteſt excommunicare Dominum temporalem nolentẽ deſiſtere ab oppreſſione pauperum 214

Epiſcopus an licitè poſſit ſupplicare Principi, pro iuſtè damnatis ad mortem ibid.

Epiſcopus tenetur liberare innocentem, qui ducitur ad ſupplicium omni modo,& via rogando &c. 215

Epiſcopus procuret quòd ſubditi ipſum odio non habeant 219

Epiſcopus lites contra Vniuerſitates non paſſim moueat ibid.

Epiſcopus nõ litiget cum ſuis ſubditis tempore penuriæ 220

Epiſcopus non ſit litigioſus, & quis talis ſit ibid.

Epiſcopus non ſe intromittat in electionibus Officialium Vniuerſitatis 221

Epiſcopus non habeat familiaritatem cum Domino temporali tyranno ibid.

Epi-

Epiſcopus non repetens Clericum à Iudice ſæculari detentum eſt deponendus 222
Epiſcopus peccat mortaliter non inquirens, an Clerici grauētur gabellis ibid.
Epiſcopus compellit Laicum ad de clarandum ſtatutum, nè ſit con tra libertatem Eccleſiæ 223
Epiſcopus diſtribuit pauperibus bona peregrini, & aduenæ dece dentis ab inteſtato 224
Epiſcopus exequitur teſtamentū eius qui deceſſit in mari ibid.
Epiſcopus quando diſtribuit ma-la oblata incerta 225
Epiſcopus debet eſſe diſcretus in diſtribuendo bona pauperibus, ibid.
Epiſcopus ad quem ſpectat diſtri-butio pauperibus facienda an poſſit aliquid ſibi detinere. 226
Epiſcopus an poſſit refrænare nu-merum miſſarum offerendarū, 229.
Epiſcopus Cappellanum amouibi-lem, an poſſit facere perpetuum, 237.
Epiſcopus viſitans hoſpitalia, non poteſt diſponere de redditibus ad libitum ibid.
Epiſcopus pro defenſione Eccleſiæ poteſt indicere bellum 238
Epiſcopus tenetur litigare pro Ec cleſia, & quando non. 239
Epiſcopus an poſſit ſolus reſti-tuere rem ab Eccleſia iniuſtè detentam ibid.
Epiſcopus repetens bona Eccleſiæ, malè alienata, non poteſt conue niri ibid.
Epiſcopus, & Clericus tenentur patrocinari in cauſis Eccleſiæ, 240.
Epiſcopus poteſt agere, & conue-niri pro Eccleſia inferiori etiā-ſi habeat Rectorem ibid.
Epiſcopus in cauſa Eccleſiæ conſti tuit procuratorem etiam poſt li tem conteſtatam ibid.
Epiſcopus tenetur acquirere Ec-cleſiæ ſuæ, aliàs tenetur de ſuo. ibid.
Et an teneatur cum damno pro prio 241
Epiſcopus qui paſſus eſt rem Ec-cleſiæ præſcribi tenetur reſar-cire de ſuo ibid.
Et quando incipiat obligatio. ibid.
Et an habeat priuilegium Præ lationis. ibid.
Epiſcopus alienans res Eccleſiæ ſi-ne cauſa tamquàm fur debet de poni 243
Epiſcopus non poteſt dicere de bo-nis Eccleſiæ mea ſunt 244
Epiſcopus debet habere Archiuū, & facere inuentarium bonorū Eccleſiæ 245
Epiſcopus malè alienans poteſt re cuperare poſſeſſionem bonorum Eccleſiæ authoritate propria, 246.
Epiſcopus quando poteſt incidere arbores Eccleſiæ ibid.
Epiſcopus non exigat à Clericis, quod in iure non eſt expreſſum 247.
Epiſcopus ordinans an poſſit ali-quid accipere pro labore ante-cedente 251

Epiſcopus an poſsit aliquid accipere pro collatione beneficij, & quid Notarius ibid.
Epiſcopus diſpenſans ſuper obſeruatione feſtorum, an poſsit aliquid accipere pro oleo lampadis ibid.
Epiſcopus pro Chriſmate cõficiendo, an poſsit aliquid accipere pro balſamo 252
Epiſcopus in abſolutione ab excommunicatione, an poſsit exigere pecuniam ibid.
Epiſcopi cura circa Carceratos. 254.
Epiſcopus quando debeat redimere carceratos iniuſtè ibid.
Ep̃s prohibere debet Laicos Iudices inferentes reis inexcogitata tormenta, vt illos inducat in deſperationem 255
Epiſcopus debet habere curam ſeruientium in triremibus 258
Epiſcopus habet iuriſdictionem in mari per centum milliaria & viſitat Cappellanos triremium ibid.
Epiſcopus debet ſæpe viſitare carceratos 260
Epiſcopus poteſt excommunicare Iudicem laicum nolentem expedire cauſas miſerabilium perſonarum 261
Epiſcopus ſeu eius Vicarius debet à principio conari reducere partes ad concordiam ibid.
Epiſcopus poteſt excommunicare accedentes ad Monaſteria Sanctimonialium exempta 265
Epiſcopus aut ſui domeſtici familiaritatem cum Monialibus fugere debent ibid.
Epiſcopus quid facere debeat, quãdo dicuntur fieri miracula ab aliqua imagine 267
Epiſcopus procedit contra Regulares publicantes falſa miracula, ibid.
Epiſcopus debet ſe informare ex officio de matrimonio nullo. 268
Epiſcopus non debet eſſe facilis ad ſeparandum matrimonia. ibid.
Epiſcopus cognoſcit de ſubreptione literarum Papæ, quæ illi diriguntur incidenter 269
Epiſcopus debet eſſe ſollicitus in extinguendis hæreticis, & maleficis 272
Epiſcopus negligens diœceſim hæreſibus purgare, plures pœnas incurrit ibid.
Epiſcopus iniuſtè vexans aliquem pro cauſa ſanctæ fidei punitur, ibid.
Epiſcopus debet ſcire Canones tractantes de veneratione Eccleſiarum 276
Epiſcopus Canonicus lucratur diſtributiones, propter abſentiam ob neceſsitatem officij paſtoralis 285.
Epiſcopus non debet permittere, vt diebus feſtis boues fidelium laborent in prædijs Eccleſiæ ſine neceſsitate 287
Epiſcopus quomodo debeat procedere contra non obſeruantes feſta 289
Epiſcopus debet ſcire Canones tractantes de honeſtate Clericorũ. 290.
Epiſcopus an poſsit compellere Cle-

Clericos ad conueniendum in Eccleſia diebus feſtis ibid.
Epiſcopus eſt protector Vniuerſitatis 293
Epiſcopus poteſt appellare à ſententia lata contra Ciuitatem vel ſubditos ſuos ibid.
Epiſcopus procuret expeditionem litium Vniuerſitatum ibid.
Epiſcopus prauos gubernatores Vniuerſitatum amoueri faciat, ibid.
Epiſcopus dicitur cuſtos Canonũ, & executor 294
Epiſcopus non ſeruans Canones grauius cæteris peccat ibid.
Epiſcopus non poteſt diſpenſare niſi in caſibus ſibi ſpecialiter à iure permiſſis ibid.
Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſine cauſa ibid.
Epiſcopus peccat ſi non diſpenſat, quando adeſt ratio diſpenſandi ibid.
Epiſcopus an diſpenſet inuito accuſatore, qui ius ſuum proſequitur 295
Epiſcopus ſi non ſeruat, nec ſeruari facit Canones ex contemptu, poteſt ab eo licite recedi, tam quàm præciſo ab Eccleſia. ibid.
Epiſcoporum iniqua ſors, quod nõ habent, qui eos corripiant. ibid.
Epiſcopi indigẽt correctione, plusquàm priuati homines 296
Epiſcopus deberet ſibi eligere Correctorem ibid.
Epiſcopi, quomodo corripiendi. ibid.
Eleemoſynarum largitio in Epiſcopo valde cõmendatur 69
Eleemoſyna facit Epiſcopum populo carum ibid.
Eleemoſyna eroganda pauperibus per Epiſcopum poteſt diſpenſari locis pijs 158
Eleemoſyna Principum ſunt fideiuſſiones apud Deum pro ſoluendis debitis peccatorum. 216
Eleemoſyna oblatæ pro defunctis ab exiſtentibus in peccato mortali an, & quando proſint. 297
Examinari ab Epiſcopo ordinante an debeant aliqui ſubditi. 174.
Excommunicatus ſi deceſſerit contritus an poſſit ſepeliri extra ſacrum 206
Excommunicationis mala recenſentur 200
Excommunicatio non eſt ferenda, quando creditur nocitura. 202
Excommunicatio pro rebus deperditis quando ferenda 203
Excommunicatio ſemper ferenda in ſubſidium ibid.
Excommunicatio contemnitur, quando fertur pro qualibet re leui 205
Excommunicati publicè abſoluendi, quando peccatum eſt publicum ibid.
Excommunicatus ante annum poteſt temporaliter puniri. ibid.
Exigi quando poſſit aliquid pro ſigillo Epiſcopi 253
Executio realis, & perſonalis, an poſſint fieri diebus feſtis. 289
Exemplum factum auctoritate Iudicis citata parte probat. 245
Exemplum ſingulare præparationis ad mortem cuiuſdam Epiſcopi

ſcopi 297
Exemplum ſingulare S. Ludtgeri Epiſcopi circa officium diuinũ recitandum 282
Exempla Sanctorum acriter inſectantium magos 274
Exempla plura terribilia contra occupatores bonorum Eccleſiæ. 243.
Exemplum Epiſcopi lambentis vlcus infirmi 188
Exemplum S. Ludouici Epiſcopi viſitantis infirmos 181
Exempla Sanctorum qui Chriſtũ & Angelos hoſpitio receperunt 184
Exempla Sanctorum Epiſcoporũ, qui pauperes ſuſtentarunt tempore penuriæ procurantes eleemoſynas à diuitibus 164
Exempla Sanctorum Epiſcoporũ remiſſionis iniuriæ 146
Exempla plura Sanctorum, qui Epiſcopale onus detrectauerũt, 5.
Exemplum S. Leonis Papæ circa ordinationem indignorum. 172
Exempla ſingularia Sanctorum Epiſcoporum circa deteſtationẽ peccati 9
Exempla Sanctorum, qui ſoli mulieres, non alloquebantur 12
Exemplum ſingulare modeſtiæ, & ſuſpicionis mali vitandæ S. Cypriani 13
Exempla Sanctorum qui plura diſſimulauerunt pro recta muneris executione 16
Exempla memorabilia Sanctorũ Epiſcoporum circa fortitudinẽ. 21.
Exempla adducuntur aliquorum Pontificum, qui innumeris tribulationibus agitati ſunt 29
Exempla memoranda, qualiter Deus Epiſcopos à preſſuris exuerit 34
Exempla Sanctorum Epiſcoporũ, qui orationis ſtudioſiſſimi fuerunt 47
Exempla Sanctorũ qui raro miſſa ſacrum omittebant 51
Exempla abſtinentiæ Sanctorum Epiſcoporum 54
Exempla veſtitus Sanctorum Epiſcoporum 56
Exempla duo terribilia contra Prælatos excedentes in victu, & veſtitu 57
Exempla Sanctorum Epiſcoporũ circa humilitatem 58
Exempla Sanctorum Epiſcoporũ circa deteſtationem iræ 61
Exempla Sanctorum circa iuſtitiam adminiſtrandam 64
Exempla Sanctorum, qui munera renuerunt 65
Exempla quædam terribilia contra malos prælatos 95
Exempla Sanctorum eleemoſynariorum 7
Ex non correctione ſubditorum infamatur Eccleſia. & ipſe Epiſcopus, qui ſolet decedere morte repentina, & alia mala oriuntur 63
Exercitium quotidianum Epiſcopi. 84

F

Fabri, malleatores, meretrices, conficientes candelas prohibendi ne habitent prope Eccleſias

ſiat 279
Familia Epiſcopi qualis eſſe debeat 77
Familia Epiſcopi ponitur in ſpeculum aliorum 78
Familiares Epiſcopi, non debent eſſe multi, ſed ſufficientes, & vtiles ibid.
Famuli Giezitæ ab Epiſcopo expellendi 79
Famuli S. Thomæ Cantuarienſis, quibus rebus operam dabãt. 81
Familia Caroli Borromei, quàm ſingulariter erat inſtituta. 82
Fatuus dicitur Epiſcopus, qui omnibus vult parcere 62
Fortitudo in Epiſcopo apprimè cõmendatur 20
Fautores an ſint vitandi, ſi declaratur excommunicatus Petrus cum fautoribus 203
Fraudantes oblationes defunctorum, dicũtur infideles, fures, ſacrilegi, necatores animarum. 228
Fundans Eccleſiam, & non perficiens, poteſt ab Epiſcopo compelli 130

G

GRauitas mira S. Cypriani Epiſcopi 45
Gregorij Nanzianzeni, Martini, & aliorum ſingularis confidentia in Deo 34

H

HAereſes, & alia mala numerantur, quæ ex ordinatione indignorum proueniunt 173
Hæreſes, & alia mala ex non reſidentia Epiſcoporum oriuntur. 106
Hæreſes ortæ, ex non prædicatione Epiſcoporum 115
Hypotheca tacita datur contra bona Epiſcopi male adminiſtrãtis 241
Hiſtriones prohibendi diebus feſtis, de mane, & ſemper tempore quadrageſimali 287
Homines malæ vitæ ſunt ordinandi, vbi nullus ordo inhabitat. 173
Hoſpitalitas neceſſaria in Epiſcopo 183
Hugonis Epiſcopi modeſtia, & aliorum Sanctorum 98
Humilitas Epiſcopi cõmendatur. 58.
Humilitas ſplendidior gemma in ornatu Pontificis ibid.

I

IAnuæ Epiſcopi omni tempore debent eſſe apertæ pauperib. 72
Idoneus de genere fundatoris, an ſit præferendus, magis idoneo extraneo in beneficijs 135
Iob cunctis diebus offerebat ſacrificia pro filijs ſuis ne peccarent. 52
Iucunda verba ſoliti dicere Epiſcopi ſancti 44
Impius quando occiditur, Chriſtus dilatatur 209
Infantes expoſiti à quo ſunt alendi 185
Incantationes infirmitatibus hominũ nil remedij præſtant. 273
Indulgẽtias pro defunctis, an conſequatur exiſtẽs in peccato mortali 298

In

In cauſis matrimonialibus quoad ſeparationem ſinſatim procedendum 261
Infirmi interrogandi ſi ſint confirmati 170
Inanis gloria eſt peſtilentiſſimũ Epiſcopi virus 60
Ioannes Eleemoſynarius quid ſeruabat, vt mortis memor eſſet. 299.
Ira Dei contra occupatores bonorum Eccleſiæ 243
Ira ſedulo ab Epiſcopo vitanda 61.
Iracundiæ refrenatio vtilis eſt ad continentiam ibid.
Iura Epiſcopalia quæ ſint. 247
Iudices laici quid facere non poſſint in Eccleſijs 277
Iuſtitia Epiſcopi commendatur. 62.
Iuſtitia Epiſcopi differt à iuſtitia laicorum, & in quo 63
Iuſtitia an ſit exercenda, quando eſt timor ne punitus efficiatur deterior. 65
Iuuenes Epiſcopi fieri non debent 14.

L

Laborare pro Eccleſijs, quando licet tempore feſto 282
Laici non debent ingredi presbyterium, quando miſſa celebratur 280
Laici adminiſtratores Eccleſiarũ non ſe intromittant ſpiritualibus ibid.
Legatum quantitatis diſtribuendum prout alteri placuerit. 226
Legatum pro anima an ſit pium, ibid.
Legatum pro ſtudio non eſt pium niſi ſint Theologia. ibid.
Legatum pro cuſtodia Ciuitatis, & alia cauſa publica quando eſt pium ibid.
Legata ad pias cauſas caduca an debeantur 236
Legatum factum diuiti, tamquàm pauperi, debetur pauperibus. 237.
Legatum factum hoſpitali conſtructo ſine authoritate Epiſcopi, cui debeatur ibid.
Legatum factum pro puellis maritandis non poteſt diſtribui inter nondum nubiles ibid.
Legatum pro certo vſu Eccleſiæ, an poſſit conuerti in alium vſũ eiuſdem Eccleſiæ ibid.
Lex iniuſta poteſt ſeruari ob ſcandalum vitandum, & quando. 16.
Libri vtiles ab Epiſcopo diſpenſandi per Diœceſim 115
Licentia ſtudendi gratis danda 250.
Licentia prædicandi gratis danda. ibid.
Lite pendente ſuper matrimonio, debet mulier poni in loco tuto. 269.
Ludouicus Epiſcopus hortum colebat, vt otium fugeret 75
Ludi Theatrales prohibentur in Eccleſijs. 278
Lupi qui deuorant oues Chriſti, dicuntur hæretici, & domini temporales, qui opprimunt pauperes 213

Ma-

Digitized by Google

M

Matrimoniales cauſæ ſunt expediendæ cum grauitate, & non celeriter 268
Matrimonium debet prohiberi, quando eſt timor ſcandali 270
Matrimonia viduarum, & vagorum, cautè contrahenda 271
Maleficia maleficijs tolli non poſſunt, & quando liceat per viam maleficiorum 274
Menſa Epiſcopi debet benedici. 87
Menſa Epiſcopi dicitur inſipida ſine doctrina 89
Meſſis, & vindemia, quando poſſint permitti tempore feſtiuo. 288
Miſſa ab Epiſcopo poteſt celebrari ante auroram 47
Miſſam quoties teneatur celebrare Epiſcopus 50
Miſſam Epiſcopus debet frequenter celebrare ibid.
Miſſæ priuatæ non debent dici, ante miſſam parochialem 114
Miſſa in quo loco celebranda ſint, & ibi plura 229
Miſſam celebrans non in loco deſtinato, an teneatur ad reſtitutionem ibid.
Miſſa pro defunctis, quando poſſit dici in die feſto 230
Miſſa non poteſt celebrari in loco non deſignato etiam cum conſenſu hæredum. 232
Miſſam non audientes in feſto poſſunt excommunicari 287
Miſſam, vt populus audiret, quid operatus fuerit quidam Sanctus 287
Miſſa vna valde mane diebus ferialibus pro artificibus. ibid.
Miracula Chriſti ſunt ex omni parte perfecta 256
Mitius agitur cum Principe, quàm cum alijs 211
Modus cognoſcendi eos, qui non communicauerunt in Paſchate 178
Monitiones plures faciendæ ab Epiſcopo Principibus 216
Monita ſalutis plura ab Epiſcopis relinquenda in viſitatione. 119
Mors Epiſcopi præclara pro ſalute ouium 99
Munera quæ poteſt accipere Epiſcopus 65
Munditia ſeruanda in Eccleſijs. 278.

N

Negligentia Epiſcopi, quod peccatum ſit 92
Negligentia Epiſcopi, quomodo puniatur 93
Notarius Viſitationis, quid poſſit accipere 127
Notabilia verba contra gulam. 54.
Nuptiæ ſecundæ, quando poſſunt benedici. 194

O

Obligatio Epiſcopi ponendi vitam pro ouibus ſuis, ad quid extendatur 99
Oblata à fidelibus ad certos pios vſus,

cuſus, nō poſſunt in alios conuerti ſine licentia Papæ, quod limitatur, & ampliatur. 234
Oeconomus debet conſtitui quando vacat Iuſpatronatus. 138
Oeconomus non debet eſſe electus, vel præſentatus. ibid.
Offenſus an teneatur remittere actionem iniurialem, ſed rancorem. 145
Offendens ſi petat veniam, tenetur offenſus eū gratè recipere. ibid.
Officia ſæcularia, quando vendi poſſunt. 141
Officium diuinum in quibus Eccleſijs dici debeat, & an in parochialibus. 281
Officium diuinum quomodo recitandum. 282
Oratio Epiſcopo neceſſaria. 46
Ordinari non debent indigni, nec propter penuriam aliorum. 173
Ordines gratis conferendi, & dimiſſoriæ, & quid poteſt accipere Notarius, quid magiſter cæremoniarum. 250
Otium ſedulo ab Epiſcopo vitandum. 75

P

PArtes in cauſa matrimoniali à principio interogandæ quid probare intendunt. 269
Parochus non poteſt cognoſcere de impedimento matrimonij. 270
Parochi debent ſe exercere in ſtudio caſuum conſcientiæ. 191
Parochus, debet in promptu habere reſolutionem aliquorum caſuum conſcientiæ. ibid.
Parochus, tenetur viſitare infirmos. 192
Parochus tempore peſtis tenetur reſidere. 193
Parochis tempore peſtis ſunt miniſtranda antidota præſeruatiua ab Epiſcopo vel Communitate. ibid.
Parochi debent adminiſtrare Sacramenta petentibus ex deuotione. ibid.
Parochi grauiter puniendi ſi aliquis decedat ſine ſacramentis. ibid.
Parochus quoties teneatur celebrare. ibid.
Parochi diſpenſant in ieiunio, & feſtis abſente Epiſcopo. 194
Parochi tenentur inquirere pauperes Parochiæ. ibid.
Parochi non abſoluant neſcientes doctrinam Chriſtianam. ibid.
Parochus debet cognoſcere vultū ouium ſuarum. 195
Parochus imploret brachium ſæculare contra incorrigibiles. ibid.
Participantes cum excommunicatis, quando ſint nominatim monendi. 206
Paſtor bonus, an ſecundum ius, & an valeat conſuetudo 248
Patrinus quot poſſit tenere in confirmatione. 170
Pauperes poſſunt clamare ad domum Epiſcopi: da nobis noſtros reditus Eccleſiæ. 69
Peccat Epiſcopus non viſitans Diœceſim. 118
Peccat Epiſcopus non prædicans in viſitatione. 119
Peccat Epiſcopus non ſeruans Canones

nones de viſitatione. 120
Peccat Epiſcopus reprehẽdens clericos in viſitatione coram laicis maxime Curatos. ibid.
Peccat Epiſcopus, non procedens cum charitate in viſitatione. 121
Peccat Epiſcopus circa denuntiationem peccatorum in viſitatione, & quando. ibid.
Peccat Epiſcopus conferens plura beneficia vni. 137
Peccat Epiſcopus promittens beneficia vacatura. ibid.
Peccat Epiſcopus inſtituens præſentatos à patronis ſine probatione tituli. ibid.
Peccat Epiſcopus nolens admittere ad examen per concurſum volentes concurrere niſi ſint notoriè inhabiles. 138
Peccat Epiſcopus committens officia Eccleſiaſtica nõ idoneis. 139
Peccat mortaliter Epiſcopus non eligẽs idoneos Prædicatores. 140
Peccat Epiſcopus negligens confirmare. 169
Peccat mortaliter Epiſcopus ordinans indignos. 172
Peccat Epiſcopus non inſtruens promouendos ad ordines per ſe, vel alios. 174
Peccat Epiſcopus ordinãs ſine titulo. 175
Peccat Epiſcopus non faciens ſeruare bullam Pij V. de medicis viſitantibus infirmos. 183
Peccat mortaliter Clericus non reparans Eccleſiam. 129
Peccata venialia ab Epiſcopo ſedulo vitanda. 10
Peccat grauiter Epiſcopus non procurans, vt viduarum cauſæ, celeriter expediantur. 261
Peccat mortaliter Epiſcopus non habens cuſtodiam Sanctimonialium. 265
Peccat Eps non vigilans, vt falſa miracula non publicentur. 266
Peccat Epiſcopus qui non vigilat ſuper veneratione Eccleſiarũ. 276
Peccat Epiſcopus, qui non vigilat circa honeſtatem, & vitam Clericorum. 290
Pœna pecuniaria cui applicanda. 253
Peregrini Sacerdotes, non paſſim admittendi ad celebrandum diuina. 292
Pecunia legata collegio Clericorũ cum onere anniuerſarij debet conuerti in bona ſtabilia. 233
Penuria ex tribus caſibus permittitur à Deo. 167
Prædicare, an teneatur Epiſcopus tempore peſtis. 107
Prædicatio Epiſcopi, qualis eſſe debeat 113
Prædicatio S. Ioannis Chryſoſtomi. ibid.
Pretium legitimum victualibus Clericorum Epiſcopus taxari faciat. 210
Præſcriptio decem annorum requiritur ad inducendam conſuetudinem recipiendi aliquid pro collatione ſpiritualium. ibi.
Praſtigiatores grauiter puniendi. 274
Prohibita in Eccleſijs quamplurima 277

Pro-

Promiſſio Epiſcopi in conſecratione aliquando legenda ab Epiſcopo, vel in eius menſa. 87
Pro duabus eleemoſynis, quando poſſit ſatisfieri vnica miſſa. 231
Poſitus in tortura ſi manifeſtat crimen alterius verè, quamuis non interogetur iuridicè, non peccat. 257
Prudentia in Epiſcopo commendatur. 14
Procuratio, quando ab Epiſcopo debeatur, & quanta. 126
Patroni ſi cõtendunt, quando Epiſcopus ponit Rectorem. 138
Pueri in qua ætate confirmandi. 169
Publicans falſa miracula peccat, Et eſt excommunicatus. 266
Pueri non debent morari in domo Epiſcopi. 78

Q

QVarta decimarum praeſcribitur. 249
Quæ ſit iuxta taxa
An poſſit praeſcribi ibid.
Quid ſi Epiſcopus, habet amplum patrimonium ibid.

R

REctor Eccleſiæ quando teneatur impendere omnes reditus in eius reparationem. 229
Relictum pro anniuerſario poteſt pro vna vice in aliud conuerti. 235
Relictum pro Eccleſia conſtruenda, poteſt conuerti in vſum Eccleſiæ conſtruendæ. ibid.
Relictum Monti pietatis, illo ſublato cui debeatur. 236
Relictum factum pauperibus, poteſt dari Eccleſijs, & pijs locis. ibid.
Relictum pro fabrica poteſt conuerti in picturam. ibid.
Relictum factum pauperibus hoſpitalis, an intelligatur pro victu tantùm, vel pro victu, & veſtitu. ibid.
Reliquiæ non ſunt de eſſentia conſecrationis Altaris. 280
Remedia plura ne excommunicatio contemnatur. 204
Remiſſio querelæ fieri non debet quando timetur maius malum. 146
Remiſſio Clericorum non paſſim petenda ab Epiſcopo. 209
Remedium extirpandi maleficos. 273
Remedia quæ virtute naturali nõ conferunt ſanitatem, inuocationem dæmonis continent. ibid.
Repreſentationes Martyrum fieri poſſunt in Eccleſijs. 278
Recõciliatio Eccleſiæ cuius expenſis fieri debeat. 252
Res Eccleſiæ debent vendi ſub haſta. 246
Reſtitutio cui facienda ab Epiſcopo ob collationem beneficiorum factam indigno. 132
Reſidentia Epiſcopi debet fieri in loco Eccleſiæ Cathedralis. 108
Reſponſio Caroli Borromæi cuidã Epiſcopo nolenti reſidere. 109

Reuelationes aliquæ recenſentur contra malos Prælatos. 25
Reus iuridicè interrogatus, debet fateri veritatem, etiam cum periculo vitæ. 257
Rei de ſe confeſſi quando teneantur reuelare complices. ibid.
Reus qui ducitur ad ſupplicium debet reſtituere famam ſi dolore tormentorum alios infamauerit, confitendo crimen, quod non commiſit & tendit in præiudicium ſuæ familiæ. 258

S

Sacerdotes domeſtici Epiſcopi, aut ceteris honeſtiores, aut fabula omnibus ſunt. 78
Sacerdotibus an liceat ſedere coram Epiſcopo, vel diſcumbere cum eo. 43
Sacramentum confirmationis, quã ſit vtile. 169
Sacerdotes idiotæ an poſſint tolerari ab Epiſcopo. 175
Sacerdotes, an ſatisfaciat ruſtico petenti miſſam de Requiem in die feſtiuo celebrando miſſam de Sancto occurrenti duplici. 231
Sacerdos an poſſit paciſci de ſuſtentatione ante celebrationem miſſæ. 233
Sancti qui vendiderunt vaſa ſacra pro ſubuentione pauperum. 153
Sanctus Syluester, & S. Gregorius retinebant ſcripta nomina pauperum, & alij Sancti. 161
Sancti plures flebant cùm audiebant confeſſiones. 187
Sancti Epiſcopi aliquando aſſociabant cadauera ad ſepulturas. 188
Sancti multi reſtiterunt Principibus, & apud illos interceſſerunt pro innocentibus, & ne oneribus inſolitis grauarentur. 213
Sancti multi ſupplicauerunt pro damnatis ad mortem. 215
Sancti diſſimulauerunt delicta, ne crearentur Epiſcopi. 5
Sanctitas Epiſcopi multipliciter commendatur. 7
Sancti ſolo aſpectu peccatores conuerterunt. 10
Sancti prædeceſſores malorum Epiſcoporum, contra illos aliquando indignati. 27
Scientia quæ requiratur in obtinente beneficiũ ſimplex, vel curatum. 131
Scriptura eſt neceſſaria in alienatione bonorum Eccleſiæ. 245
Sententia debet ferri cum charitate. 67
Sententia illa: ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum, fuiſſem de numero damnatorum quomodo intelligenda. 5
Sermo de cenſuris habendus ad populum, quando excommunicati abſoluuntur. 265
Separatio matrimonij quoad habitationem debet fieri authoritate Iudicis. 268
Separato matrimonio ſi coniux innocens fornicetur debet compelli redire ad coniugem. 269
Sed præter ius ſic, vel adiuuando

aut declarando, ius dubium. 264
Serui Chriſtiani ſi malè tractentur, excitatur ira Dei in populos. 186
Seruos Chriſtianos in facie ſignare abbominabile eſt. ibid.
Synodaticum an poſſit praſcribi. 249
Status conſanguineorum Epiſcopi, quomodo conſiderandus. 154
Statutum Epiſcopi valet, quod excommunicatus quolibet menſe ſoluat certam pecuniæ quantitatem. 206
Statuta Epiſcopi non debent eſſe contemptibilia. 262
Statutum Epiſcopi excommunicans ludentes ad Azardum valet. ibid.
Statutum Epiſcopi excommunicans mulieres vtentes fucis an valeat. ibid.
Statutum Epiſcopi, quòd renunciēt proprijs, qui ordinantur minoribus, an valeat. 263
Statutum Epiſcopi quòd vltima nocte Carniſpriuij non fiant laruæ non valet. ibid.
Statutum Epiſcopi tollens peccata venialia an valeat. ibid.
Statuta Epiſcopi non debent frequenter continere pœnam pecuniariam. ibid.
Statuta Epiſcopi in præiudicium inferiorum non valent. 264
Nec contra Canones, ſed præter ius ſic vel adiuuando, aut declarando ius dubium. ibid.
Suſpicio mali ab Epiſcopo accuratè vitanda. 11
Statuta multa non ſunt facienda. ibid.
Status perfectionis Epiſcopi in quo conſiſtat. 1
Studia Epiſcopi præcipua circa regimen animarum. 87
Suppellectilium conſeruatio, quæ non ſunt Eccleſiæ. 278
Subditi tenentur arctius ad correctionem Prælatorum quàm aliorum. 296
Suſpenſus in patibulo ſi fracto laqueo cadat in terram an poſſit iterum ſuſpendi. 256
Suſpenſi in patibulis non ſunt ſepeliendi ſine licentia Iudicis ſæcularis. ibid.

T

Tempus ad perficiendum Eccleſiam quod ſit. 130
Teſtator ſi reliquit mille pro malè oblatis, & non ſint niſi quinquaginta oblata quid agendum de alijs. 236
Teſtis de auditu non impedit matrimonium contrahendum. 271
Teſtis de viſu ſine iuramento non impedit matrimonium. ibid.
Tranſactio, an poſſit fieri ſuper legato Pio. 237
Tribulationes innumeras Epiſcopum non adoriri difficile eſſe probatur. 28
Tria ſunt conſideranda in omni negotio. 18
Trigeſima pro ſententia non poteſt recipi ab Epiſcopo. 13
Turpe eſt Epiſcopum incumbere ſuppellectili. 38

Tur-

Turpe eſt Epiſcopum prædicare ob lucrum temporale 114

V

VAgi uxorati non ſunt abſoluendi. 269
Vaſſalli quando poſſunt prohiberi, ut non molant triticum, niſi in molendino Domini, vel co. quant panem in eius furno. 218
Verba ſingularia Gregorij Nazianzeni dilectionis inimicorũ. 146
Venatio vel piſcatio, quando poßit vaſſallis prohiberi. 217
Vendens rem Eccleſiæ, non poteſt habere fidem de pretio. 246
Veſtitus Epiſcopi debet eſſe modeſtus, alias peccat. 88
Viſitati elegerint uno anno, procurare Epiſcopũ in pecuniam an poßint compelli anno ſequenti 127
Viſitationis infirmorũ facta ab Epiſcopo multa utilitates. 181
Vidua ſi litigent coram Iudice ſeculari, debet Epiſcopus procurare expeditionem etiam ſuis impenſis 260
Viaticum poteſt dari condennatis ad mortem, etiam non ieiunis 255
Viſitationes infructuoſas debet auerſari Epiſcopus. 76
Vota quæ poßit facere Epiſcopus, & an longa peregrinationes. 109
Vultus Epiſcopi debet eſſe ſerenus verba ſeria. 41

FINIS.

Erratorum correctiones.

Fol. 1.lin.8.Detractauerunt, legi Detrectauerunt.3.20,tenent.l. terrēt 4.3.in d.c.Ante omnia,l. in c. Ante omnia 40.diſt.5.21.Et quod propter,l.Et propter,5.25.Perfectionis,l.Perfectioris.6.2.abſoleſceret,l.obſoleſceret.13.22,nec comitibus,l.ne comittibus.15.7.vt hac occaſione l.& hac occaſione.15.35.titulo 1.l. ethic.6.16.8. Seraldi.l. Seralui.17.6.& illatas l. et illatas.17.10. inuictus l. inuitris.18.6.omni negotio.l. in omni negotio.19.8. ſiue presbiteri l.ſiue extranei, 20.8. banniti l. banditi.23.ad deſpicientiam.l.ac deſpicientia.21.4.vel clericus.l vt clericus.23.9. ſe à magiſtratu, l.fuiſſe à magiſtratu.23.31. qui teneantur.l.teneat.24.11.eo rex deuenit,l.eo res deuenit.24.15.& Archiepiſcopus,l.at Archiepiſcopus.24.24.pro Eccleſię,l.ProEccleſia 25.11.vitarent,l.vetarent.25.16.nexit,l.flexit, 27.6.illis,l.illi.28.4.deferendis,l.perferendis, 28.15.ea debeat,l.ea deleat.30.8. ſpeculatori l.ſpiculatori.34.17.acceſſit,l.accerſit.47.16.rogatur,l.regatur.88.19 Chriſti,l.Epiſcopi.148.14.abſtitiſſe,l.obſtitiſſe.181.11.volunt.l.nolūt 181.15.nec eſt,l. & eſt.188.3.ignorauerit,l.agnouerit.190.29.& dicēdum eſt,l.& dicendum eſt cū *S*.Thoma quodlib. 1.art.14.220.11.emarceſcetur,l.emarceſcet.220.20.ſi.l.ſi.224.36 litus,l.littus. 240.14. Bertacch.,l.Bertach.240.10 Gioſſ.l.Gloſſ.266.5. publicances,l. publicantes.273.10 phalam,l.phialam.274.15.decipiet,l. decipiat. 277.23.fit l.fit.279.21.ſuaui,l.ſuaſu.280.5. Sacerdoties,l.Sacerdotes.288.3. ſuadat,l.ſuadeat.297.Indulgentia.l.Indulgentiam.

Imprimatur ſi placet R. P. Magiſtri Sac. Palatij.

B.Gypſius Vicesgeren.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Approbatio Operis per Reuer. P. Fratrem Petrum Paulum Philippium Magiſtrum ex Ordine Prædicatorum.

HOC opus, quod in animi ſui commonitorium inchoauerat Pientiſſimus, & Reuerendiſſimus atque Perilluſtris Auctor, (quantum iudicio conſequi poſſum ego cui commiſſum fuit à Reuerendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatij, vt ipſum diligentiſſime perlegerem, ſententiamq. meam proferrem) in Opus verè Manuale Paſtorum, atq; Pontificum exaltauit Dominus: vt quaſi lucerna ſit Doctrina, Catholica illuminans, & mirifica pietate inflammans Eccleſiam Sanctam Dei, eamq; fœcundans ad vberrimos in populis virtutum fructus perpetuò producendos.

F. Petrus Paulus Philippius qui ſupra manu propria.

Imprimatur.

Fr. Io. Maria Magiſter Sacri Palatij Apoſtolici.

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA GVGLIELMI FACCIOTTI.

M. D. C. VI

Digitized by Google

REGISTRVM

†ABCDEFGHIKLMNOPQ
RSTVX;

Omnes ſunt Duerniones, præter X. *quod eſt ſimplex*.

Digitized by Google

Digitized by Google

40

Digitized by Google